
Honos
Erit huic quoque
Luto.
ANDREÆ FELICIS OEFE:
LY.
Monacensis.

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΠΙΣΤΩΝ.

PALÆPHATI

DE

INCREDIBILIBVS.

CORNELIVS TOLLIVS
in Latinum ſermonem vertit,
& NOTIS *illuſtravit.*



AMSTELODAMI,
Apud Ludovicum Elzevirium,
CIƆ IƆC XLIX.

ILLVSTRIBVS.
NOBILISSIMIS.
MAGNIFICIS.
DOMINIS.

SVPREMAE. CVRIAE.
DVCATVS. GELRIAE. ET.
COMITATVS. ZVTPHANIAE.
SENATORIBVS.

VT. ET.

POTENTISSIMORVM. EIVSDEM.
DVCATVS. COMITATVSQVE.
ORDINVM.
DEPVTATIS.

PRIMAS. SVAS. CVRAS.

L. M. Q. D. D. D.
CORNELIVS. TOLLIVS.

ANni jam duo ſunt,
Perilluſtres Gelriæ
Antiſtites, ex quo
non meis meritis,
ſed incredibili Veſtra beni-
gnitate, in Provincialem hanc
Academiam introductus, ali-
qua ſubinde publicè etiam
auſus ſum, fuerint illa licet
non ſatis interim ſicca & ſe-
vera. Nam venturum paulla-
tim tempus ſperabam, quo
teneras vires adultior ætas
adſtringeret; modò non te-
nuem nimium laminam du-
xiſſem, & quam cælatura al-
tior poſſet perrumpere. Ne-
que enim illa mihi multorum
natura unquam arriſit, qui &
ingenium judicio pręſumunt,
&

& ſcientiam ſæpe ad opinionem aucupantur:ſed quorum ita formata cogitatio eſt, ſterilia multo labore vinci, & contra ab uberioribus multa ratione limari, multa uſu deteri,atque annis decoqui matureſcentibus. Atque hinc mihi ſpes roboris, & adverſus judiciorum varietates ſupererat, ut etiamnum ſupereſt, regreſſus ad veniam, velut emendaturo ætate, ſi quid ſplendidum magis & excelſum deſideraretur. Sic poſt mediocre temporis ſpatium Latinis Græciſque literis, & Eloquentiæ inſuper principiis impenſum, illud mihi & eſt antiquiſſimum & ab initio fuit, ut me totum iſtis ſtu-

diis tranſmitterem, quæ ſolæ humanitatis & eruditionis nomine à ſapientioribus nuncupantur. Iſtis in literis cum quæ rudior diligentia obſervavit, publici facere juris eſſet animus, quoties mentem ſubibat veterum inſtitutum, quo plurimùm ingenii monumenta inſcripſêre celebri loco conſtitutis; toties de maximis Veſtris honoribus, toties de ingenti liberalitate, toties de ſingularibus beneficiis cogitabam, Viri Illuſtres, & in conſiliis rerum graviſſimarum, ac totius adminiſtratione Reipubl. præclariſſimè verſati. Neque ſanè æſtimo intrepidus, quid tantis judiciis, tantis ingeniis

debeam; &,niſi maxima quæque,convenire nil cenſeo Viris tam excellentibus. Sed molâ litabant antiqui Diis ſuis, qui Hecatomba non poſſent,quique frugum offerrent primitias, gratiſſimi habebantur. Horum ego confirmatus exemplis, poſitâ verecundiâ, ad templa Veſtra accedo, dúmque pro donario opus conſecro primâ natum fœturâ, non ſpero me Numinibus Veſtris aut moleſtum eſſe, aut importunum. Eſt hoc PALÆPHATVS, veteri Græciâ dignus Scriptor. qui priſcorum figmenta, non prout vulgo narrantur, ſed ad hiſtoriæ fidem accuratiſſimè reſolvit. Quippe

in quibuſdam & argumentum ex ficto locatur, & per mendacia ipſe relationis ordo pertexitur: at in aliis, quæ ultra res geſtas allegoriam habent auguſtiorem, argumentum quidem fundatur veri ſoliditate, ſed hæc ipſa veritas per quædam compoſita & ficta profertur. Alia autem ad divina & naturalia cognoſcenda nobis inſerviunt; alia informant ad vitam rectè inſtituendam. Primi exemplum generis eſt Saturni, Cæli, Iunonis, cæterorumque deorum fabula; quam eleganter libris de Natura Deorum explicat Tullius, ut & philoſophorum Homerus, Plato, Zenon, Cleanthes, Chryſippus,

Siculus Diodorus, & alii ſexcenti. Cum enim indignum putarent hominibus plebejis communem proponi ſapientiam, ne vel eam non æſtimarent, vel abſq; ullo labore perciperent; alii fabulis, conjecturis alii, alii ſimilitudinibus abditam, quaſi obſcuris rerum tenebris involverunt. Scilicet, ut recte Syneſius in Calvitii encomio, τὸ γὰρ ῥᾷστον καταγελάσεται ὁ δῆμος· δεῖται γὰρ τερατείας. *Ridet ac deſpicit plebs, quod facillimum intellectu: opus verò ei narratione prodigioſa.* Fabulæ, quæ ad alteram Philoſophiæ partem, in actione poſitam, pertinent, vel moraliter conſiderantur, vel politicè, vel œconomicè; cujus

potissimum generis sunt illæ Æsopicæ, elegantia fictionis, prædicante Macrobio, illustres. Moralem dico, quæ non tantùm de carentibus ratione animalibus, sed de plantis etiam, de membris, de corporibus, scripta est. Exemplum ejus apud Aphthonium adfertur de formicis, & cicadis, quæ adolescentes prudentiam docet, atque ad labores improbè tolerandos inflammat. Illa de ranis trabe sua non contentis, & regem postea serpentem nactis, ad Politicam spectat, præbetque imaginem civium eorum, qui Principis alicujus benignitate & clementia abusi, mox truculentissimæ alterius

terius libidini mancipantur. Politicæ ſimul & Oeconomicæ adaptari poteſt fabula illa Menenii Agrippæ de indignantibus corporis humani membris, ſua curâ, ſuo labore, ac miniſterio, ventri omnia quæri; illum in medio quietum nihil aliud, niſi datis voluptatibus frui. Comparatio enim eſt, quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis ſit irę plebis in patres, aut erga dominos ſervorum. In ſimilibus fabulis locum habet illud Quinctiliani: *Illæ quoque fabulæ, quæ etiamſi originem non ab Æſopo acceperunt, (nam videtur earum primus auctor Heſiodus) nomine tamen Æſopi maximè celebrantur, ducere animos*

ſolent præcipue ruſticorum & imperitorum, qui & ſimpliciùs quæ ficta ſunt audiunt, & capti voluptate, facile iis quibus delectantur, conſentiunt. Neque alienum eſt, quod de ejuſmodi fabularum genere ſcriptum reliquit Gellius ſecundo Noctium Atticarum: *Æſopus ille è Phrygia fabulator haut immerito ſapiens exiſtimatus eſt, cum quæ utilia monitu ſuaſuque erant, non imperiosè præcepit & cenſuit, ut Philoſophis mos eſt: ſed feſtivos delectabileſque apologos commentus, res ſalubriter ac proſpicienter animadverſas in mentes animoſq; hominum cum audiendi quadam illecebra induit.* Eſt & altera fabulæ ſpecies, quam rationalem dicimus, quâ homi-

minem fingimus aliquid agentem, ut deſcendentem ad inferos Herculem, tot tantaque ſuperantem monſtra, Orphea lyræ ſonitu tigres lenientem & leones, ſaxa teſtudine moventem Amphiona, cæteraque id genus, quæ partim ex opinione hominum, partim ex hiſtoria videntur promanâſſe. Ex opinione hominum, ut de Hercule, de Theſeo, quos tam ingentia opera perfeciſſe, ac propterea in deorum relatos numerum, omnino credebant. Ex hiſtoria, quæ nempe ſic à poëtis poſtea immutata ſunt, ut licet è veris incredibilia facta fuerint, poſſint tamen ad veritatem facillimè redigi.
Quem-

Quemadmodum de Centauris ficta fabula, quòd primi Thessaliæ populi equos domuerint singulares. De Niobe in saxum commutata, quòd lapideam imaginem filiorum sepulchro dolore oppressa mater apposuerit. Quod si enim καλὸν τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτῃ τοὺς ἀκούοντας. *pulcrum est mendacium, cum auctori utile, & audienti non obest*, sicuti apud Heliodorum suo ait Theagini Chariclia: quanto sanè pręstabiliora sunt poëtarum mendacia, in quibus, ut Gorgiam dixisse auctor est Plutarchus, libro eo, Quomodo à Iunioribus audiendi sint poëtæ; ὅτε ἀπατή-

σας δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπαθέντος. *qui fefellit juſtior eſt, quàm qui non fefellit; & qui falſus eſt, ſapientior, quàm qui falſus non eſt.* Neque putamus aliquem fore tam inſulſum, ut omnes fictiones poëticas uno ordine habeat pro mendaciis; utpote quæ figuræ tantum ſermonis ſint, atque ad veritatem ut plurimum reducantur. *Cum fictio noſtra,* ut loquitur alibi Auguſtinus, *refertur ad aliquam ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à ſapientibus & ſanctis viris, vel etiam ab ipſo Domino, figuratè dicta ſunt, mendacia deputabuntur, quia ſecundum*

dum usitatum intellectum non subsistit veritas in talibus dictis. At sæpenumero improbandi mores hominum nostrorum, qui si reconditam aliquam fabellam ad Theologi Philosophique lucernam examinaverint, gaudent sibi tanquam grande quid exequutis; cùm interea apud plerosque cordatiorum nimia subtilitatis affectatione in fastidium adducantur. Commendavero illis quod in Arte monet Venusinus:

Ficta voluptatum caussa sint proxima veris;
Nec, quodcumque volet, poscat sibi fabula credi.

Dum verò in altissima fabularum sensa introspicere conan-

nantur, & quid ſub illis contineatur aut moribus utile, aut religioni, aut naturæ arcanis, inveſtigare curioſius, diligentiam produnt, ſed obſcuram. Qui autem de antiquorum figmentis hiſtoricam rationem reddidêre, & cur quæque ita excogitata ſint, cauſſas explicârunt, ſunt inter priſcos Meliſſus, Lamiſcus Samius, Dorotheus, Euanthes, Euphorion, Damaſcius, Ponticus Heraclides, Silenus Chius, & quem jam novâ à me luce donatum Magnifico Veſtro nomini inſcripſimus, Palæphatus. Commendabitur ſpero Vobis, Illuſtres Gelriæ Proceres, liber hic tum auctoris nomine,
tum

tum rerum fide; solùm rogo, ut aliquam etiam gratiæ partem interpres mereatur. Neque enim consideretis velim, quid sit in labore positum, quem & emendando & illustrando operi insumsi; sed quid animi mei inductio atque voluntas angulo conditum habeat interiore. Omnia hæc à singulari Vestra benevolentia prolixa fore confido industriæ meæ rudimento; Vosque indignum judicaturos, ut, nisi summam laudem in aliquo studio juvenis assequatur, vix videatur summam vituperationem posse vitare. Deus Opt. Max. Vos, Magnifici & Excellentissimi Domini, publico Patriæ &

Aca-

Academiæ egregio diutiſſimè augeat, conſervet. Imprimis pace domi foriſque conſtitutâ flagrent in animis Veſtris tum Sapientiæ & pietatis, tum ſtudia illa literarum; quibus nihil in omnibus diſciplinis vel magis divinæ eſt mentis opus, vel ad omnem hominum vitam neceſſarium magis. Interim magna pars malè conſulentes miſeræ atque improvidæ juventuti odio atque exiliis multant ſuaviſſimas Muſas; cùm tamen earum doctrinis ante excolere animos, & ad ſapientiam concipiendam imbuere ac præparare deberent. Vos ſi genibus annixas erigere, tueri, atque in honore retinere non

non minori utilitate, quàm laude publica, volueritis; omnes uno ore res geſtas Veſtras in cælum efferent, eritque nemo, qui Magnanimos Gelriæ Proceres cum exceptione laudaverit. HARDERVICI Kalend. Auguſti, cIↄ Iↄc XLVIIII.

LECTORI.

EN novus hic tibi Palæpha*tus, Lector Benevole. Qui primus eum auctorem publico dedit, fuit Aldus Manutius, ac deinde* Basileæ *Philippus Phasianus, cum interpretatione sua, impropria dicam, an inepta; item Phornuto* περὶ τῆς Ἑλληνικῆς Θεολογίας *(ut verus est titulus, non ut vulgo,* περὶ τῆς τῶν Θεῶν φύσεως) *& libris tribus Iuliani Aureliani Lessigniensis de cognominibus Deorum Gentilium. Cum in hæc opuscula incidissem, prima statim fronte sic arrisit* Palæphatus*, ut planè dignus videretur, qui opellâ meâ etiam in his terris reviviscceret. Animum imprimis confirmavit Vir Illustrissimus, & Incomparabilis, Claudius Salmasius; qui utriusque scriptoris, & Palæphati & Phornuti, suppeditavit mihi ex veteri libro Londinensi* ἀπόγραφον. *Hujus auxilio plurima loca correxi; variantes lectiones, quæ leviores videban-*

tur,

tur, cuivis capiti subjeci; textum autem retinui vulgarem, quod neque ipse probarem, neque ab aliis probari viderem, consuetudinem illorum, qui auctorum verba pro arbitrio suo sæpe temere immutata orbi obtrudunt. Phornutum quoque à me recensitum propediem proditurum foras polliceor; nec non Historicum Byzantinum, ineditum hactenus, Cinnamum de rebus gestis Imperatorum Ioannis, & filii ejus Manuelis Comneni. Tu modò fave meis conatibus, ac judicium præsta obtrectatione & malevolentia liberatum, Candide Lector & Benevole.

TE-

TESTIMONIA VETERVM
DE
PALÆPHATO
ΠΕΡῚ ἈΠΊΣΤΩΝ.

Theo Sophiſta Capite περὶ Ἀνασκευῆς.

Καὶ Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἐστὶν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται.

Plutarchus Sympoſiacon lib. XXVII.

Καινὸς γάρ ἐστιν οὑτοσὶ Παλαίφατος.

Athenæus lib. XV.

Ἰδοὺ καινὸς οὗτός ἐστι Παλαίφατος.

Euſtathius in Iliados α.

Ὅτι δὲ ἐγίνοντο οἱ ἱπποκένταυροι καὶ γυναῖοι καὶ δεξιοὶ κελαλίζειν, καὶ ὅτι λῃστρικῶς ἔζων, καὶ ἡ τοῦ Παλαιφάτου ἱστορία φησί.

Idem in Iliad. κ.

Παλαιφάτου δὲ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, ἔνθα μαγείρου σοφιζομένου καὶ τὴν

οἰκείαν

οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύνων, ἔφη τό, καινὸς οὑτοσὶ Παλαίφατος. ὁ δὲ καὶ παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἷά τε ὄντα προσοχὴν ἔχειν.

Idem in Odyssεæ λ.

Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἱστορήσαντος, ὅτι Σφίγξ γυνή τις ἦν εἰδεχθὴς περὶ τὴν Βοιωτίαν, λῃστρικὴ καὶ φονία, ὡς Παλαιφάτῳ δοκεῖ.

Suidas.

Παλαίφατος. Πάριος ἢ Πριανεύς, γεγονὼς κατὰ Ἀρταξέρξην, ἀπίστων βιβλία ε. τινὲς δὲ ταῦτα εἰς τὸν Ἀθήναιον ἀναφέρουσι, πλὴν καὶ οὗτος ἔγραψε.

Isaac. Tzetzes in Lycophronem.

Παλαίφατος δὲ ὁ Στωϊκὸς, ψυχρῶς μὲν, ὅμως δὲ ἀλληγορικῶς, ὀδόντας ἔχειν ἐλεφάντων τὸν Κάδμον λέγει, ἐλθόντας ἐξ Φοινίκης, καὶ τούτους διασπείραντα συμμαχίαν ἔχειν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Ioan. Tzetzes Chil. 1, Hist. xx.

Ὁ δὲ σοφὸς Παλαίφατος, ἀνὴρ ἐκ Περιπάτου,

Ἀλλη-

Ἀλληγορεῖ τεμμάχιον, ἢ μέρος τεμμαχίου, &c.

Idem Chil. II, Histor. XLVII.

Οἶμαι δὲ καὶ Παλαίφατος οὕτος αὐτὸ διδάσκει,
Τὴν ἐκτομὴν τοῦ Δήμητρος ὁ λέγει δὲ οὐκ ἄλσους,
Ἥνπερ ἡμεῖς εἰρήκειμεν περᾶσιν κλημάτων εἶναι.

Ibidem Histor. LIII.

Τοῦτο τὸ ἀλληγόρημα, τέκνον ἐμὸν, μοὶ δοκεῖ. (τυγχάνει.
Οἶμαι οὐ Παλαιφάτου, δὲ οὐ Στωϊκοῦ
Κάλλιστον ὂν, οὐχὶ σαθρόν.

Idem Chil. VII, Hist. XCIX.

Χρὴ κενταύρους τὸ λοιπὸν, μηδὲ κενταύρους λέγειν,
Παλαίφατε σοφώτατε. τὰ Παλαιφάτου ταῦτα.

Apostolius Centuria II.

Ὁ δὲ Παλαίφατος περὶ Ἀμαλθείας οὕτω φησί.

** Ὅτι

Ὅτι Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, &c.

Virgilius in Ciri.

Infamem tali merito rumore fuisse,
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Hieronymus in Chronico Eusebiano ad annum DCXXX.

Secundùm quorundam opinionem, hac ætate Phrixus cum Hella sorore fugiens insidias novercales, visus est per mare vehi ab Ariete velleris aurei. Fuit autem ei navis parata fugienti, cujus insigne aries erat. Porro Palæphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem ejus, per quem liberatus fuit.

Idem ad annum DCLXXV.

Pegasus equus velocissimus cujusdam mulieris fuit, sive, ut Palæphatus *affirmat, Bellerophontis navis fuit.*

Idem ad annum DCXCV.

Ea quæ de Spartis memorantur,

quos

quos Palæphatus *ſcribit, quum proximarum eſſent regionum, adverſus* Cadmum *ſubitò extitiſſe, & propter repentinos, quaſi de terra contractus, & ex omni parte confluctus,* SPARTOS *vocatos, tunc geſta ſunt.*

Idem ad annum DCCXXXVI.

Eæ, quæ de Dædalo *fabulæ feruntur, qui viſus eſt ſimulacra feciſſe moventia.* Primus *enim omnium pedes ſtatuarum à ſe invicem ſeparavit, aliis conjunctim eos fabricantibus.* Palæphatus *memorat. Nec non quomodo cum filio* Icaro Minoem *navi fugerit, & propter inveſtigabilem fugam avolâſſe pennis æſtimatus ſit.*

Idem ad annum DCCLVI.

Sphingam verò ſcribit Palæphatus *uxorem* Cadmi *propter zelum* Harmoniæ *à viro recedentem contra* Cadmum *reſtitiſſe.*

Idem ad annum DCCLXXII.

Bellum Lapitharum, *&* Centaurorum *ſub hoc tempore: quos ſcribit* Pa-

læphatus libro De Incredibilibus nobiles fuisse equites Thessalorum.

Idem ad annum DCCCXLIII.

Ea, quæ de Vlysse fabulæ ferunt, quomodo trieri Tyrrhenorum Scyllam fugerit spoliare hospites solitam. Scribit Palæphatus Incredibilium libro primo. Sirenas quoque fuisse meretrices, quæ deceperunt navigantes.

Orosius Lib. I, Cap. XIII.

Sed Thessalos Palæphatus in libro primo Incredibilium prodit, ipsos à Lapithis creditos dictosque fuisse Centauros, eò quod discurrentes in bella equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.

DE PALÆPHATIS,

Ex Libro Illustris Viri,

GERARDI IOANNIS VOSSII de Historicis Græcis, altera parte auctiore nunc propediem lucem visuro.

Palæphatus, grammaticus Ægyptius, vel juxta alios, Atheniensis,

ἔγρα-

ἔγραψε ἱστορίαν ἰδίαν, *Suida teste.* Ex *quo etiam edidisse cognoscimus Ægyptiam philosophiam, & argumenta in Simonidem, &* μυθικῶν *librum unum, &* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Quorum postrema duo idem poterant volumen credi ; nisi apertè distingueret Suidas. Præterea Troica (quorum præter alios meminêre Stephanus in* Χαραμάτῃ, *& Suidas in* Μακροκέφαλοι) *à nonnullis grammatici hujus esse credebantur. Compluribus id opus libris constitisse, indicat, quòd Harpocration in* Δυσαύλης *laudet Palæphatum* ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν; *atque idem in* Μακροκέφαλος *citet* ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν. *Alii alterius esse existimârunt. Incerta eò res est, quia quatuor fuêre Palæphati. Vnus erat poëta epicus Atheniensis: alter Parius, vel Prienensis : tertius historicus Abydenus : quartus grammaticus iste Ægyptius, vel Atheniensis. Trium priorum ætas à Suida indicatur. Nam Atheniensem* ἐποποιὸν *supparem fuisse Phemo-*

noæ ait, vel fortaſſe etiam antiquiorem: Parium vel Prienenſem refert ad tempora Artaxerxis: Abydenum ad ætatem Alexandri Magni: quarti autem tempus ignoratur. Ex quatuor iſtis primus in conſiderationem non venit hoc loco. Quod ſiquis nôſſe volet, quæ carmine ſcripſerit, adeat Suidam. De tertio autem, Abydeno nempe hiſtorico, actum nobis lib. I. cap. IX. Superſunt ſecundus, quartúſque: quorum ille Parius, aut Prienenſis; hic Ægyptius, vel Athenienſis fuiſſe, dicitur à Suida. Priori tribuit quinque libros ἀπίςων; *ſed addit, à quibuſdam eos adſcribi Palæphato Athenienſi: ac hunc quoque illud argumentum tractâſſe. Verùm cùm poſtea refert, quæ ſcripſerit Athenienſis Palæphatus, non nominat libros* ἀπίςων: *ſed* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Exſtat hodiéque Palæphati operis fragmentum; quo poëticæ fabulæ explicantur. Id Parii Palæphati arbitrantur Cælius Rhodiginus lib.* XXX. *Antiq. Lect. cap.* XXXIV, *& Lilius Gyraldus:*

raldus dial. II. historiæ Poët. Quam & sententiam ipsi primitus secuti fuimus: sed postea mutavimus. Movit Theo in Progymnasmatis capite περὶ ἀνασκευῆς, καὶ κατασκευῆς: ubi hunc in modum loquitur: Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον. Ac similiter inscripsit autor librum, quem habemus. Siquidem illum eo pacto orditur: τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. In Theonis autem verbis considerandum, quòd ἀπίστων scriptorem appellet Philosophum Peripateticum. Imò & Ioannes Tzetzes, qui sæpius citat Palæphati Μυθολογικὰ, nunc eum vocet φιλόσοφον Στωϊκὸν, ut Chil. IX. Histor. CCLXXIII: nunc ἄνδρα ἐκ περιπάτου, ut Chil. X. Histor. XX. Quorum si alterutrum verum sit; diversus fuerit à Pario illo, sive Prienensi, qui sub Artaxerxe vixit. Nam Zeno, Stoicæ sectæ conditor, demum floruit everso jam Persarum imperio ab Alexandro Magno; imò Rege hoc jam exstincto, &

successoribus ejus inter se de imperio decertantibus. Nec Parius ille Peripateticus *rectè dicatur; cùm appellatio ea conveniat nulli, qui Aristotele ipso antiquior sit. Sic igitur statuo, si* Palæphatus, *quem habemus, est unus ex illis Suidæ memoratis, esse illum incertæ ætatis, Ægyptium, sive Atheniensem; quem & ipsum* περὶ ἀπίστων *tractâsse, ibidem dicitur.* Tantùm *metuo, ne Suidas nobis duos confundat* Palæphatos; *quorum unus fuerit Ægyptius, alter Atheniensis; unus grammaticus, alter philosophus.* Nam *scriptor ille Suidæ vocatur Grammaticus;* Theoni *philosophus* Peripateticus; Tzetzæ *nunc* Peripateticus, *nunc Stoicus; ut vidimus. Cùm autem* Tzetzes *sibi parum constet; &* Theo *longè sit antiquior: potiùs peripateticum fuisse censeo. Etsi* Iosephus *Scaliger, in poëmate, quod Ciris inscribitur, Stoicum & ipse nuncupet: nempe à* Tzetze, *ut puto, deceptus.* Palæphati *ejus libri* περὶ ἀπίστων, *de quo diximus,*

me-

meminit quoque Virgilius, sive alius, in Ciri:

Infamem tali meritò rumore fu-
issse,
Docta Palæphatiâ testatur voce
papyrus.

Priorem sic versum rescripsi, Paullum *Leopardum secutus, Lib.* x. *Miscell. cap.* XXIV. *Vbi in vulgatis perperam est* meritorum more. *Posteriori versu retineo scripturam vulgarem: licet minimè me fugiat, non Georgium Fabricium modò, sed Iosephum quoque Scaligerum, pro* papyrus *reponere* Pachynus. *Mentio ejus præterea est apud* Probum *in* III *Georgicôn; Eusebium in Chronicis ad numerum* IↃCCLVII, *ubi de Tyndari libris, & alibi; Orosium lib.* I, *cap.* XIII.

DE
PALÆPHATO
Clarissimi Viri
CORNELII TOLLII,
Eloquentiæ ac Græcæ linguæ in Academiâ Gelricâ Professoris ordinarii, Nobilissimisque Curatoribus atque Academiæ à secretis.

Quousque diris impiârit fabulis
Orbem erudita Græculorum vanitas,
Miscens profanis sacra, mortales diis,
Rerumque seriem sacrilego obnubens Chao!
Historia læsa plangit, Astrea ingemit,
Polus erubescit, mille criminum reus,
Natura monstris ipsa factitiis stupet.
Non hancce sapiens pertulit Palæphatus
Insaniamque, infamiamque sæculi;
Quin horridarum fictionum origenes
Scrutatus accuratiore lumine,
Larvasque, personasque rebus detrahens,
Illuminavit aureâ noctem face,
Molestiarum, sumtuumque prodigus,
Dum cuncta haberet explicata, quæ brevi,
Sed erudito fidus exhibet libro.
Illustre Sidus Græciæ, Palæphate,
Quem te vocabo? Si vel Alciden, parum est,

Is

Is monſtra terris abſtulit tu mentibus.
Dicamne te Patulcium ? per te patent
Arcana veri delitentis intima.
At hoc Deorum munus immortalium
Incuriâque injuriâque temporum
Obliviosa penè nox deleverat.
Generoſus interceſſit ardor TOLLII,
Senemque doctum vendicavit à Styge,
Statuique priſtino ac nitori reddidit,
Grajoque cultam pallio junxit togam.
Et ecce jam Palæphatus prodit novus,
Reductus in juventam, adinſtar Æſonis,
Non Theſſalâ herbâ, aut efficaci carmine,
Sed ingenî beatioris artibus,
Ad alta quævis, Dîs ſecundis, editi.

IOHAN. WITTEN.

IN

IN PALÆPHATVM à CORNELIO TOLLIO recensitum, ac notis Illustratum

EPIGRAMMA.

Fabula quid veri mendaci cortice velet,
Vtile quam dulci misceat illa joco,
Quæsieris si nôsse, Palæphatos optimus auctor
In non credendis delituisse fidem.
Sed qualem Grajo, detersa sorde, loquentem,
Sed qualem Latio purius ore vides.
Sed qualem artifici deduxit pollice solers
Tollius, atque nova luce nitere jubet.
Ingenii fandique potens lanugine prima
Tollius, & patriæ flosq; venusq; scholæ.
O quantum matura ætas cumulabit honoris,
Primævo tantum cui dat Apollo decus?
Cujus avi fausta instaurate, Palæphate, Musis
Ipse ales gratum nomen in astra vehis.

IOANNES FREDERICVS GRONOVIVS.

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ
ΠΕΡΙ
ΑΠΙΣΤΩΝ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

PALÆPHATI
DE
INCREDIBILIBVS
HISTORIIS.

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ
ΠΕΡΙ
ΑΠΙΣΤΩΝ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

Τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γὰρ πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς ἀνομίλητοι σοφίας, καὶ ἐπιστήμης. οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν, καὶ πολυπράγμονες, ἀπιστοῦσι τὸ παράπαν, μηδὲν γίνεσθαι τούτων. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα. * οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν. ἀλλὰ πρότερον τὰ ἔργα, εἶθ' οὕτως ὁ λόγος, ὁ περὶ αὐτῶν. ὅσα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, καὶ γενόμεναι τότε· † αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο. εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσται. ἀεὶ

* εἰ. † ἅ.

PALÆPHATI DE INCREDIBILIBVS HISTORIIS.

HÆc de incredibilibus conſcripſi. Hominum quidem hi fidem habent omnibus illis,quæ dicuntur, tanquam ab ſapientia, ſcientiâque alieni. Alii verò naturâ ſapientiores, & rerum ſcrutatores, omnino non credunt horum quidquam fieri. Mihi autem videtur,facta fuiſſe omnia,quæ narrantur. Si enim ſolo nomine contigiſſent,ſermo ſuper his exiſteret nullus. Sed primùm opera, deinde ſermo ejuſmodi, qualis eſt de iis. Cujuſmodi autem ſpecies,& formæ narrantur, fuerunt tum quoque. Quæ nunc non exſtant,eadem neq; fuerunt.Si tunc enim, & alio tempore acciderunt;& jam fiunt,atque erunt dein-

ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς συγγραφέας Μέλισσον, καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, ἐν ἀρχῇ λέγοντας ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσται. γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ, καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον, καὶ θαυμασιώτερον, τοῦ θαυμάζειν ἕνεκε τοὺς ἀνθρώπους. ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι οὐ δύναται τὰ τοιαῦτα εἶναι, οἷα καὶ λέγεται. τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. ἀπελθὼν δὲ καὶ πλείστας χώρας, ἐπυνθανόμην ἐκ πρεσβυτέρων, ὡς ἀκούοιεν περὶ ἑκάστου αὐτῶν. συγγράφω δὲ, ἃ ἐπυθόμην περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ χωρία αὐτὸς εἶδον, ὡς ἔστιν ἕκαστον ἔχον. καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελθὼν, καὶ ἱστορήσας.

ΠΕΡΙ ΚΕΝΤΑΥΡΩΝ.

Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν,

ceps. Ego verò ſemper laudo ſcriptores Meliſſum, & Lamiſcum Samium, ſtatuentes, quæ in rerum primordio nata ſunt, etiam nunc fore. Facta autem quædam poëtæ, & fabulatores, ad incredibilia, & miranda magis perverterunt, ejus ergô, ut homines obſtupeſcerent. Equidem ſentio, talia minimè eſſe poſſe, qualia circumferuntur. Hoc autem collegi, quòd ſi minùs facta eſſent, non item narrarentur. Ingreſſus verò & plurima loca, ex ſenioribus ſum ſciſcitatus, quomodo de unoquoque illorum inaudiviſſent. Conſcribo autem, quæ de iis intellexi. Et loca ipſe vidi, ut quiſq; haberet; & conſignavi hæc, non qualia vulgò narrantur; ſed quemadmodum ipſe ingreſſus, omnia cognovi.

DE CENTAVRIS.

CEntauri feræ fuerunt, & ad equorum modum totam for-

ἰδέαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς. εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτον γενέσθαι θηρίον, ἀδυνάτοις πεπίστευκεν. οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν. εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν ὑπῆρχε. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει. εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα κατιόντες οἱ ταῦροι, ἔσινον τὰ δένδρα, καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια * διέφθειρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς εἴ τις οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ † δώῃ χρήματα πάμπολλα. νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπωρείας ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσταντο ἐφ᾽ ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον ἅρμασιν ἐχρῶντο. οὕτω

* συνέφθειραν. † δώσειν.

mam habuere, excepto capite. Si quis itaque perſuaſum habeat, ejuſmodi beſtiam fuiſſe, impoſſibilibus credidit. Neque enim natura equi, hominisque, inter ſe convenit; neque alimentum ſimile; neque per os, & guttur humanum, equi nutrimentum poteſt deſcendere. Si autem forma talis tum temporis exſtitiſſet, etiam nunc ſupereſſet. At rei veritas ita habet. Ixione Theſſaliæ rege, in monte Pelio furore correptum eſt taurorum agmen, ac quidquid montium reliquum erat, inacceſſum reddidit. Tauri enim in loca culta deſcendentes, arbores concutiebant, ac fructus, jumentis ſimul noxii. Proclamari itaq; juſſit Ixion, ſi quis hos tauros ſuſtuliſſet, illi ingentem pecuniæ vim dandam. Iuvenes autē quidem ex pede montis, & pago dicto Nephele, equos condocefacere celetes excogitârunt. Neſcivere enim priùs equis vehi; ſed curribus ſolùm utebantur.

οὕτω δὲ ἀναβαίνοντες τοὺς κέλητας, ἤλαυνον ἐφ' οὓ οἱ ταῦροι ἦσαν· καὶ ἐπεισβάλλοντες τῇ ἀγέλῃ, ἠκόντιζον. καὶ ὅτε μὲν ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ταύρων, ἀπέφευγον οἱ νεανίαι· ποδωκέστεροι γὰρ ἦσαν οἱ ἵπποι. ὅτε δὲ ἔστησαν οἱ ταῦροι, ὑποστρέφοντες ἠκόντιζον. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνεῖλον αὐτούς. καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντουν. οὐδὲν γὰρ πρόσεστι ταύρου τοῖς κενταύροις. ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. λαβόντες οὖν οἱ κένταυροι παρὰ Ἰξίονος χρήματα, καὶ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει, καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον, καὶ ὑπερήφανοι, καὶ πολλὰ κακὰ εἰργάζοντο, καὶ δὴ καὶ κατ' αὐτοῦ Ἰξίονος, ὃς ᾤκει τὴν νῦν καλουμένην Λάρισσαν πόλιν. οἱ δὲ τότε τοῦτο τὸ χωρίον οἰκοῦντες, Λαπίθαι ἐκαλοῦντο. κεκλημένοι δὲ οἱ κένταυροι παρὰ τῶν Λαπίθων ἐπὶ θοίνην, μεθυσθέντες ἁρπάζουσι τὰς γυναῖ-

κας

tur. Ita quidem, celetes adſcendentes, ferebantur in tauros, & factâ in gregem incurſione, jaculis illum feriebant. Atque ubi inſequerentur tauri, aufugêre juvenes. erant enim equi velociores. Tauris verò conſiſtentibus, converſi denuo tela immittebant. Atque hoc pacto interemerunt illos; & nomen quidem exinde acceperunt Centauri, quòd tauros ſtimulis exagitâſſent. Nihil enim equi Centauris ineſt; ſed ab hoc opere figura equi, hominiſque provenit. Accipientes itaque Centauri ab Ixione pecuniam, ob commiſſum facinus, & divitias, arroganter gloriantes, contumelioſi exſtitere, & ſuperbi, ac plurima mala perpetrârunt; etiam contra ipſum Ixionem, urbem nunc Lariſſam nuncupatam habitantem. Qui ea tempeſtate regionem illam incolebant, Lapithæ vocabantur. Centauri autem ad convivium à Lapithis invitati, ubi vino incaluere, ra-

κας αὐτῶν, καὶ ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τοὺς ἵππους αὐτάς, ᾤχοντο φεύγοντες εἰς τὴν οἰκίαν, ὅθεν ὡρμῶντο. ἐπολέμουν οὖν τοῖς Λαπίθαις, καὶ καταβαίνοντες διὰ νυκτὸς εἰς τὰ πεδία, ἐνέδρας ἐποίουν· ἡμέρας δὲ γενομένης, ἁρπάζοντες ἀπέτρεχον ἐπὶ τὰ ὄρη. οὕτω δὲ ἀπερχομένων αὐτῶν, ἵππων οὐραὶ, καὶ ἀνθρώπων κεφαλαὶ μόνον ἐφαίνοντο. ξένην οὖν ὁρῶντες θέαν, ἔλεγον· οἱ κένταυροι ἡμᾶς κατατρέχοντες ἐκ Νεφέλης, πολλὰ κακὰ ἐργάζονται. ἀπὸ δὴ ταύτης τῆς ἰδέας τοῦ λόγου, ὁ μῦθος ἀπίστως ἐπλάσθη, ὡς ἐκ τῆς Νεφέλης ἵππος τε καὶ ἀνὴρ ἐγεννήθη ἐν τῷ ὄρει.

ΠΕΡΙ ΠΑΣΙΦΑΗΣ.

ΜΥθεύεται ὅτι ἠράσθη ταύρου νεμομένου, Δαίδαλον δὲ ποιῆσαι βοῦν ξυλίνην, καὶ ἐγκλεῖσαι τὴν Πασιφάην εἰς αὐτήν. οὕτω τε τὸν ταῦρον ἐπιβάντα, μιχθῆναι τῇ γυναικί. τὴν δὲ κυῆσαι * παῖδα ἔχοντα μὲν σῶμα ἀνδρὸς,

* καὶ τεκεῖν.

puerunt illorum mulieres; quibus in equos injectis, fugientes unde prodierant, domum se receperunt. Suscepto igitur cum Lapithis bello, de nocte in loca plana procedentes, insidias illis struebant; & simulac illuxisset, montes repetebant populabundi. Sic verò illis abeuntibus, equorum caudæ, & virorum capita solùm apparuere; ac spectaculum videntes inusitatum, dicere homines: Centauri ex Nephele proruentes multis nos malis afficiunt. Ab hac utique loquendi formâ, conficta incredibilis fabula est, quomodo ex Nephele homo simul, & equus, in monte esset progenitus.

DE PASIPHAE.

IN fabulis est, illam tauri pascentis amore fuisse captam; Dædalum verò fabricâsse bovem ligneam, eique Pasiphaën inclusisse. Atque ita taurum inscendentem mulieri se commiscuisse; illam concepisse, & peperisse puerum, cui corpus qui-

ἀνδρὸς, κεφαλὴν δὲ βοός. Ἐγὼ δὲ οὔ φημι τοῦτο γενέσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀδύνατον, ἐρασθῆναι ζῶον ἕτερον ἑτέρου. οὐ γὰρ δυνατὸν κύνα, καὶ πίθηκον, λύκον τε, καὶ ὕαιναν, ἀλλήλοις συμμιγῆναι, οὐδὲ βούβαλον ἐλάφῳ· ἑτερογενῆ γάρ εἰσι. ταῦρος δὲ οὐ δοκεῖ μοι βοῒ ξυλίνῃ ἀναμιχθῆναι. οὐκ ἂν δὲ ἠνέσχετο καὶ γυνὴ ταύρου ἐπιβαινομένου· οὐδὲ φέρειν ἠδύνατο γυνὴ ἔμβρυον ἔχον γε κέρατα. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει οὕτως. Μίνωά φασι ἀλγοῦντα τὰ αἰδοῖα, θεραπευθῆναι ὑπὸ Κερδὸς τοῦ Πανδίονος. κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν τῆς θεραπείας καιρὸν, ἠκολούθει τῷ Μίνωι νεανίας εὐειδὴς, ὄνομα τῷ Ταῦρος. οὗ Πασιφάη ἔρωτι ἁλοῦσα, μίγνυται αὐτῷ, καὶ γεννᾷ παῖδα. Μίνως δ' ἐπιλογισάμενος τὸν χρόνον τῆς ἀλγηδόνος τῶν αἰδοίων, καὶ γνοὺς ὡς οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτοῦ ὁ παῖς,

dem viri, caput verò bovis esset. Ego autem tale quidpiam minimè factum esse dico. Primùm quidem fieri non potest, ut animal diversi generis aliud amet: neq; enim possibile, canem cum simia, lupum cum hyæna, vel cum cervo bubalum consuescere; quòd alterius sint generis. Taurus autem non videtur mihi cum lignea bucula commisceri potuisse: non enim tauri ruentis in Venerem pondus mulier tolerâsset; neque fœtum cornua habentem utero gestare sustinuisset. At veritas rei ita se habet. Minoa dicunt pudendis laborantem à Pandionis Cride sanatum fuisse: quo curationis tempore comitabatur illum juvenis quidam, egregiè formosus, Taurus nomine; cujus amore correpta Pasiphaë, congreditur cum ipso, & puerum parit. Minos verò supputans tempus, quo ex verendis laboraverat, atque intelligens non ex se progenitum filium,

quòd

διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι αὐτὸν τῇ Πασιφάῃ, ἔγνω ὡς ἐκ τοῦ Ταύρου ἐστὶ τὸ κυηθέν· ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ ἤθελε τὸν παῖδα, διὰ τὸ δοκεῖν ἀδελφὸν εἶναι τῶν ἑαυτοῦ παίδων. ἀποπέμπεται δὲ αὐτὸν εἰς ὄρος, ὡς ἐν θεράποντος μοίρᾳ ὑπάρχειν τοῖς ποιμέσιν. ὁ δὲ οὐχ ὑπετάσσετο τοῖς βουκόλοις. πυθόμενος δὲ ὁ Μίνως τὰ κατ' αὐτὸν, ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ τῶν πολιτῶν κρατηθῆναι· καὶ εἰ μὲν ἕποιτο, λελυμένον ἐλθεῖν, εἰ δὲ μὴ, δέσμιον. αἰσθόμενος δὲ ὁ νεανίας, ἀφίσταται εἰς τὰ ὄρη. καὶ ἁρπάζων βοσκήματα, οὕτω διέζη. Πέμψαντος δὲ Μίνωος καὶ ἕτερον ὄχλον πλείονα διὰ τὸ συλλαβεῖν αὐτόν· ὁ νεανίας ὄρυγμα ποιήσας βαθὺ, καθεῖρξεν ἑαυτὸν εἰς ἐκεῖνο. ἔνθα ὄντος τοῦ Ταύρου, εἴ ποτε παρὰ τοῦ Μίνωος ἐκρατήθη τις ἀδικῶν, παρὰ τὸν Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ Ταῦρος τιμωρήσαιτο. καὶ λαβὼν οὖν ποτε Μίνως τὸν Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀποθανούμενον. γνοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Ἀριάδνη, παρεισπέμπεται ξίφος εἰς τὴν εἱρκτὴν, δι' οὗ ὁ Θησεὺς ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον.

quòd cum Pasiphaë non coivisset; cognovit ex Tauro esse natum, & interficere quidem noluit puerum, quia suorum liberorum frater esse putaretur. Ipsum vero in montem ablegat, ut famuli vice subesset pastoribus. Sed morem gerere bubulcis noluit. Hæc ubi Minos super illo resciviſſet, à civibus jussit comprehendi; & si sponte sequeretur, solutum advenire; sin minus, vinctum. Ista postquam animadvertisset juvenis, secessit in montes, & rapiendo pecudes, vitam sustinuit. Mittente verò Minoë aliam turbam copiosiorem ad capiendum eum; adolescens factâ se fossâ continuit: in qua dum esset Taurus, si quis facinorosus à Minoë comprehenderetur, ad Taurum mittebatur puniendus. Cúmq; aliquando Thesea hostem Minos cepisset, ad Taurũ, tanquam moriturum, ablegavit. Quod intelligens Ariadne, gladium in carcerem præmisit, quo Minotaurum Theseus interemit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΚΤΑΙΩΝΟΣ.

Φασὶν Ἀκταίωνα ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν καταβρωθῆναι. τοῦτο δέ ἐστι ψευδές. κύων γὰρ τὸν δεσπότην καὶ μάλιστα φιλεῖ· ἄλλως τε, καὶ αἱ θηρευτικαὶ * πάντας ἀνθρώπους σαίνουσιν. ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι Ἀρτέμιδος αὐτὸν μεταβαλλούσης εἰς ἔλαφον, ἀνεῖλόν τινες. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, Ἄρτεμιν οὐ δύνασθαι, ὃ θέλει, ποιῆσαι. οὐ μέντοι δὲ ἀληθές, ἔλαφον ἐξ ἀνδρὸς γενέσθαι, ἢ ἐξ ἐλάφου ἄνδρα. τοὺς δὲ μύθους τούτους συνέθεσαν οἱ ποιηταὶ, ἵνα οἱ ἀκροώμενοι μὴ † ὑβρείζωσιν εἰς τὸ θεῖον. τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Ἀκταίων ἄνθρωπος ἦν τὸ γένος ‡ Ἀρκάδιος, φιλοκύνηγος. οὗτος ἔτρεφε κύνας πολλὰς, καὶ ἐθήρευεν ἐν τοῖς ὄρεσι. τῶν δὲ ἀγαθῶν πραγμάτων ἠμέλει. οἱ γὰρ τότε ἄνθρωποι αὐτουργοὶ πάντες ἦσαν· οἰκέτας δὲ εἶχον οὐδ᾽ ὅλως, ἀλλ᾽

αὐτοὶ

* πᾶσαι. † ὑβρίζοιεν. ‡ ἄρκας.

DE ACTÆONE.

DIcunt à propriis canibus Actæona devoratum. Id verò falſum eſt: canis ſiquidem dominum quàm maximè amat, præſertim venatici, qui omnibus adblandiuntur. Alii ferunt, ipſum, priùs in cervum à Diana commutatum, à canibus dilaniatum eſſe. Meâ verò ſententiâ, non, quod vult, poteſt Diana; neque vero ſimile eſt, cervum ex homine factum fuiſſe, vel ex cervo hominem. Fabulas autem hujuſmodi contexuerunt poëtæ, ut, qui illas audiunt, non adficerent contumeliâ divinum Numen. Sed veritas hæc eſt. Actæon vir erat genere Arcadius, canum amator, & venationis; indéque ſemper multos alens, atque in montibus venationi deditus, rem interea domeſticam prorſus negligebat. Quippe tũ temporis pro ſe homines opus peragere, ſervos omnino non habere, ſed ipſi

* αὐτοὶ ἐγεώργουν. καὶ οὗτος ἦν πλου-
σιώτατος, ὃς ἐγεώργει, καὶ ἐργαστικώτα-
τος ὑπῆρχε. τῷ δὲ Ἀκταίωνι, ἀμε-
λοῦντι τῶν οἰκείων, μᾶλλον δὲ κυνηγετοῦν-
τι, διεφθάρη ὁ βίος. ὅτε δὲ οὐκέτι εἶ-
χεν οὐδὲν, ἔλεγον αὐτῷ οἱ ἄνθρωποι·
δειλὲ Ἀκταίων, ὃς ὑπὸ τῶν ἰδίων κυ-
νῶν κατεβρώθης. ἐπείπερ καὶ νῦν πορνο-
βόσκων δυστυχήσαντας εἰώθασι λέγειν, ὅτι
ὑπὸ τῶν πορνῶν κατεβρώθη. τοιοῦτον καὶ
περὶ τὸν Ἀκταίωνα γέγονεν.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΟ-φάγων ἵππων Διομήδους.

ΠΕρὶ τῶν Διομήδους ἵππων φασὶν, ὅτι
ἀνθρώπους κατήσθιον. τοῦτο δὲ γε-
λοῖον. τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο κριθῇ καὶ χόρτῳ
ἥδεται μᾶλλον, ἢ κρέασιν ἀνθρωπίνοις.
ἡ δὲ ἀλήθεια ἥδε. τῶν παλαιῶν ἀνθρώ-
πων ὄντων αὐτουργῶν, καὶ τροφὴν καὶ
περιουσίαν πλείστην κεκτημένων, ἅτε τὴν
γῆν

* ἑαυτοῖς.

ipſi agriculturæ operam dare; atque ille quidem ditiſſimus haberi, qui agrum coleret, & audiret laborioſiſſimus. Actæoni verò nihil curanti res domeſticas, ſed venationibus magis intento, facultas vivendi defecit. At cùm jam nihil eſſet ipſi reliquum, dicebant paſſim: Miſer Actæon, qui à propriis canibus es comeſtus. Haud aliter, ac lenonem infelicem ſolent vocare, quòd à meretricibus conſumtus ſit. Ac tale quid obvenit Actæoni.

DE HOMINIVORIS EQVIS DIOMEDIS.

NArrant hominibus paſtos fuiſſe equos Diomedis. Sed illud perquam ridiculum. Animal enim hujuſmodi hordeo, & fœno magis delectatur, quàm humanis carnibus. Ita autem ſe habet veritas. Cùm antiqui illi omnes eſſent operarii, & victu, cæteriſque id genus opibus, abundarent, ut qui ter-

γῆν ἐργαζομένων· ἱπποτροφεῖν τε ἐπελάβετο, καὶ μέχρι τούτου ἵπποις ἥδετο, ἕως οὗ τὰ αὐτοῦ ἀπώλεσε, καὶ πάντα πωλῶν κατηνάλωσεν εἰς τὴν τῶν ἵππων τροφήν. οἱ οὖν φίλοι τοὺς ἵππους ἀνδροφάγους ὠνόμασαν. οὗ γενομένου, προήχθη ὁ μῦθος.

ΠΕΡΙ ΩΡΙΩΝΟΣ.

Διὸς, Ποσειδῶνος, καὶ Ἑρμοῦ παῖς. Ὑριεὺς Ποσειδῶνος, καὶ Ἀλκυόνης, μιᾶς τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων, ᾤκει μὲν ἐν Τανάγρᾳ τῆς Βοιωτίας. φιλοξενώτατος δὲ, ὑπεδέξατό ποτε τοὺς θεούς. Ζεὺς δὲ, καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἑρμῆς ἐπιξενωθέντες αὐτῷ, καὶ φιλοφροσύνην ὑποδεξάμενοι, παρῄνεσαν αἰτεῖν, ὅ, τι ἂν βούλοιτο. ὁ δὲ ἄτεκνος ὢν, ᾐτήσατο παῖδα. λαβόντες δὲ οἱ θεοὶ τὴν τοῦ ἱερουργηθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν, ἀπεσπέρμηναν εἰς αὐτήν· καὶ ἐκέλευσαν κρύψαι κατὰ γῆν, καὶ μετὰ δέκα μῆνας ἀνελέσθαι. ὧν διελθόντων, ἐγένετο ὁ Οὐρίων,

terram ipſi colerent; equos cœpit alere Diomedes, quibus tantiſper gaudebat, donec omnia perdidit, & divendita in equorum alimentum conſumſit. Amici proinde equos appellabant hominivoros. Atque hinc fabula originem duxit.

DE ORIONE.

IOvis, Neptuni, & Mercurii filius. Hyrieus Neptuni & Alcyones, unius ex Atlantis filiabus, Tanagre habitabat, civitate Bœotiæ; & cùm eſſet hoſpitaliſſimus, Deos aliquando ædibus excepit. Hoſpitio verò conjuncti, ejúſque benignitatem ſuſcipientes Iupiter, Neptunus, & Mercurius, adhortati ſunt, quidquid vellet, peteret. Ille verò prolis exſors, filium rogavit. Accepto autem immolati bovis corio, ſemen in illud Dii effudere; idque ſub terra juſſerunt abſcondi, & decimũ poſt menſem rurſum eximi. Quibus elapſis natus eſt Ourion,

ita

οὕτως ὀνομασθεὶς, διὰ τὸ οὐρῆσαι ὥσπερ τοὺς θεούς· ἔπειτα καὶ δυσφημισμὸν, Ὠρίων. συγκυνηγῶν δὲ οὗτος Ἀρτέμιδι, ἐπεχείρησεν αὐτὴν βιάσασθαι. ὀργισθεῖσα δὲ ἡ θεὸς, ἀνέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκορπίον, ὃς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν ἀστράγαλον, ἀπέκτεινε. Ζεὺς δὲ συμπαθήσας, κατηστέρωσεν αὐτόν.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΠΑΡΤΩΝ Γιγάντων.

ΛΕγεται ὡς ὁ Κάδμος, ὥς φασιν, ἀποκτείνας τὸν ἐν Λέρνῃ δράκοντα, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκλεξάμενος, ἔσπειρεν ἐν τῇ ἰδίᾳ γῇ· ἔπειτα ἐξεφύησαν * ἄνδρες τε καὶ ὅπλα. εἰ δὲ αὐτὸ ἦν ἀληθὲς, οὐδεὶς ἂν τῶν ἀνθρώπων ἔσπειρεν ἄλλο τι, ἢ ὀδόντας † δρακόντων. τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Κάδμος τὸ γένος ἦν Φοίνιξ. ἀφίκετο εἰς Θήβας, πρὸς τὸν ἀδελφὸν Φοίνικα, ἁμιλληθησόμενος περὶ τῆς βασιλείας, ἔχων ἄλλα τε πολλὰ, ὅσα βασιλεὺς, ἀλλὰ δὴ καὶ ὀδόντας ἐλεφάντων. ἦν δὲ ὁ

* ἄνδρες ὁπλῖται. † ὀφέων.

ita dictus ab injecto, velut ſemine, deorum lotio; deinde, boni ominis gratia, Orion. Venatione autem cum Diana ſeſe exercens, vim illi conatus eſt inferre: ſed irata dea, produxit è terra ſcorpionem, qui illum percuſſo talo, interemit. At commiſeratus Iupiter inter ſidera Orionem collocavit.

DE SEMINATIS GIGANTIBVS.

CAdmum ferunt, cùm occidiſſet in Lerna draconem, exemtos inde dentes in propria terra ſeminâſſe; atque poſtea natos hinc eſſe viros armatos. Illud autem ſi verum eſſet, nullus quidem hominum aliud conſevit, quàm draconum dentes. At rei veritas ſic ſe habet. Cadmus genere Phœnix, habens cùm alia multa, qualia ſolet rex, tum quoque dentes elephantum; Thebas iter moliebatur, cum fratre Phœnice de regno certaturus. Erat

verò

δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Θηβῶν Δράκων, Ἄρεως παῖς, ὃν ὁ Κάδμος ἀποκτείνας, ἐβασίλευσεν. οἱ δὲ φίλοι τοῦ Δράκοντος ἐπολέμουν αὐτῷ. ἀνέστησαν δὲ κατὰ Κάδμον καὶ οἱ παῖδες τοῦ Δράκοντος. ἐπεὶ οὖν οἱ φίλοι καὶ οἱ παῖδες ἥττους ἐγένοντο, ἁρπάσαντες τὰ χρήματα τοῦ Κάδμου, καὶ τοὺς ἐλεφαντίνους ὀδόντας, ἔφυγον ὅθεν ὡρμῶντο· ἄλλοι δὲ ἀλλαχῇ διεσπάρησαν, οἱ μὲν εἰς τὴν Ἀττικὴν, οἱ δὲ εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἄλλοι δὲ εἰς Φωκίδα, ἕτεροι δὲ εἰς Λοκρίδα. ἀφ' ὧν χωρῶν ἐρχόμενοι, ἐπολέμουν τοῖς Θηβαίοις, καὶ ἦσαν ἀργαλέοι πολεμισταί. ἐπεὶ οὖν τοὺς ἐλεφαντίνους ὀδόντας, οὓς εἶχεν ὁ Κάδμος, ἁρπάσαντες ἔφυγον, ἔλεγον οἱ * Θηβαῖοι, ὅτι τοιαῦτα δεινὰ ὁ Κάδμος ἐπήγαγεν ἡμῖν, ἀποκτείνας τὸν Δράκοντα· ἐκ τῶν ἐκείνου ὀδόντων πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες σπαρτοὶ πολεμοῦσιν ἡμῖν. τούτου δὴ τοιούτου συμβάντος, ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

ΠΕΡΙ

* πολῖται.

verò Thebarum rex Dracon, Martis filius; quo interfecto, regnum Cadmus occupavit. Bellum autem cum ipſo geſſere Draconis amici, & filii quoq; ejus inſurrexere in Cadmum: qui cùm inferiores eſſent, direptis Cadmi opibus, & dentibus elephantinis, domum ſe receperunt; alii aliò diſperſi ſunt; hi quidem in Atticam, illi in Peloponneſum; in Phocida alii, alii in Locridem. Quibus è locis prodeuntes, bellum inferebant Thebanis, & graves erant prœliatores. Poſtquam verò rapientes, quos habebat Cadmus, elephantinos dentes, effugiſſent, dicere Thebani; mala hæc ſibi Cadmum intuliſſe, interfecto Dracone; cujus ex dentibus diſſeminati viri multi, & boni; bellum ſecum gererent. Hæc cùm ſic accidiſſent, fabula conficta eſt.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΦΙΓΓΟΣ.

Περὶ τῆς Καδμείας Σφιγγὸς, λέγουσιν ὡς θηρίον ἐγένετο, σῶμα μὲν ἔχον ὡς κυνὸς, κεφαλὴν δὲ, καὶ πρόσωπον κόρης, πτέρυγας ὄρνιθος, φωνὴν δὲ ἀνθρώπου. καθεζομένη δὲ ἐπὶ * Σφιγγίου ὄρους, αἴνιγμά τι τῶν πολιτῶν ἑκάστῳ † ἔλεγε, καὶ τὸν μὴ εὑρόντα ἀνῄρει. εὑρόντος δὲ τοῦ Οἰδίποδος τὸ αἴνιγμα, ῥίψασα ἑαυτὴν ἀνεῖλεν. ἔστι δὲ ἄπιστος, καὶ ἀδύνατος ὁ λόγος· οὔτε γὰρ ἰδέα τοιαύτη δύναται γενέσθαι. Τό, τε τοὺς τὰ αἰνίγματα μὴ διαλύοντας, ὑπ' αὐτῆς ἀποκτείνεσθαι, παιδαριῶδες. Τό, τε τοὺς Καδμείους μὴ κατατοξεῦσαι τὸ θηρίον· ἀλλὰ παρορᾷν τοὺς πολίτας, ὡς πολεμίους, κατεσθιομένους, μάταιον. ἔχει οὖν ἡ ἀλήθεια ὧδε. Κάδμος ἔχων γυναῖκα Ἀμαζονίδα, ᾗ ὄνομα Σφίγξ, ἦλθεν εἰς Θήβας, καὶ ἀποκτείνας τὸν Δράκοντα, τὴν τούτου βασιλείαν παρέλαβε· μετὰ δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν Δράκοντος, ᾗ ὄνομα Ἀρμονία.

* Σφικίου † ᾖδεν.

DE SPHINGE.

SPhingem Cadmeam animal fuiſſe perhibent, cui corpus quidem eſſet canis, caput verò, & vultus puellæ, volucris alæ, & humana vox. Sphingium autem montem tenens, ænigma aliquod propoſuit civium unicuique, & ſolvere neſcientem interimebat: at ſcrupum diſcutiente Oedipode, præceps facta ſibi ipſi mortem intulit. Sermo hic incredibilis eſt, quique fieri non potuit; neque enim forma talis unquam nata; atque eos, qui ænigmata explicare non poterant, fuiſſe ab ea interfectos, puerile eſt; & Cadmeos feram jaculis nòn confixiſſe. Sed malè cives, tanquã hoſtes, vidiſſe comeſtos, ſtultum. Veritas itaq; hæc eſt. Cadmus uxorem habens Amazonida, cui nomen Sphinx, Thebas conceſſit, & Dracone interemto regnum hujus occupavit, & poſtea ſororem Draconis Har-

μονία. αἰσθομένη δὲ ἡ Σφὶγξ † ὅτι καὶ ἄλλην * ἔγημε, πείσασα σοὺς πολλοὺς τῶν πολιτῶν συναπαίρειν αὐτῇ, καὶ τῶν χρημάτων τὰ πλεῖστα ἁρπάσασα, καὶ τὸν ποδώκην κύνα, ὃν ἦκε Κάδμος ἄγων, λαβοῦσα, μετὰ τούτων ἀπῆρεν εἰς τὸ λεγόμενον ὄρος Σφίγγιον, καὶ ἐντεῦθεν ἐπολέμει τῷ Κάδμῳ· ἐνέδρας δὲ ποιουμένη καθ' ἑκάστην ὥραν ἀνῄρει. καλοῦσι δὲ οἱ * Θηβαῖοι τὴν ἐνέδραν, αἴνιγμα. ἐθρύλλουν δὲ οἱ πολῖται λέγοντες. Σφὶγξ ἡμᾶς ἡ Ἀργεία, αἴνιγμά τι λέγουσα, διαρπάζει. ἐξευρεῖν δὲ τὸ αἴνιγμα οὐδεὶς δύναται. κηρύττει δὲ ὁ Κάδμος, τῷ ἀποκτενοῦντι τὴν Σφίγγα δώσειν χρήματα πολλά. ἐλθὼν οὖν ὁ Οἰδίπους, ἀνὴρ Κορίνθιος, τά τε πολεμικὰ ἀγαθὸς, ἔχων ἵππον ποδώκην, καί τινας λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τῶν Καδμείων, νυκτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὸ ὄρος, ἀπέκτεινε τὴν Σφίγγα. τούτων οὕτως συμβάντων, ὁ μῦθος ἐπιτηδεύθη.

ΠΕΡΙ

* ἐπέγημε. † Καδμεῖοι.

moniam. Cum itaque resciviſſet Sphinx, etiam aliam duxiſſe uxorẽ; adductis ad obſequium civium plurimis, magnâ opum vi ſubductâ, ac celere illo cane, quem continuo ſecum habebat Cadmus, his omnibus inſtructa abiit in montem Sphingium, unde bello Cadmum adorta eſt, & factis quotidie inſidiis, Thebanorum multos oppreſſit. Vocare autem inſidias illi ſolent ænigmata; ac proinde ſermonibus hæc divulgabant, dicentes; Argiva Sphinx, ænigma aliquod proponens, dilacerat nos; neque illud ſolvere quiſquam poteſt. Enunciari autem præconio juſſit Cadmus, multam ſe daturũ pecuniam Sphingem occiſuro. Adveniens igitur vir Corinthius Oedipus, bellicis rebus inclytus, atque equum ſecum habens velocem, & Cadmeorum aliquos, Sphingem, noctu montem petens, confôdit. Quibus ita geſtis, commodè inſtituta fabula eſt.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΩΠΕΚΟΣ.

Φασὶ περὶ τῆς Τελμησίας ἀλώπεκος, ὡς ἁρπάζουσα τοὺς Καδμείους κατήσθιεν. ἔστι δὲ εὔηθες· οὐ γὰρ ἄλλο τι ζῶον, ὃ δύναται ἁρπάσαι ἄνθρωπον, καὶ φέρειν, χερσαῖον ὄν. ἀλώπηξ δὲ, μικρόν ἐστι ζῶον, καὶ ἀσθενές. ἐγένετο δέ τι τοιοῦτον· ἀνὴρ Θηβαῖος καλὸς, κἀγαθὸς, ἐκαλεῖτο Ἀλώπηξ. ὃς ἦν πανοῦργος. οὗτος συνέσει πάντας ἀνθρώπους ἐνίκα. δεδιὼς δὲ ὁ βασιλεὺς, μὴ ἐπιβουλεύσῃ αὐτῷ, ἐξελαύνει αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως. συναγαγὼν δὲ * ἐκεῖ πολὺν στρατὸν, καὶ ἄλλους μισθοφόρους, τὸν καλούμενον λόφον Τελμήσιον κατέλαβεν. ὅθεν ἐκπηδῶν, ἐσύλα τοὺς Θηβαίους. ἔλεγον δὲ οἱ ἄνθρωποι, Ἀλώπηξ ἡμᾶς κατατρέχων ὑποχωρεῖ. ἀφικνεῖται δὲ ἀνὴρ Κέφαλος ὄνομα, τὸ γένος Ἀθηναῖος, πολὺν ἔχων στρατὸν, ἐπίκουρος τοῖς Θηβαίοις. οὗτος τόν τε Ἀλώπεκα ἀπέκτεινε, καὶ τὸν στρατὸν ἐξήλασεν ἐκ τοῦ τόπου.

ΠΕΡΙ

* ἐκεῖνος.

DE VULPE.

VUlpem, uti ferunt, Telmesiam abreptos Cadmeos devorasse, est sane stolidum; cùm nullum sit animal terrestre, quod rapere hominem possit, & ferre: vulpes autem parva bestia est, & imbecillis. At verò tale quid factum est. Erat inter Thebanos vir formâ egregiâ, præstans, ac bonus, Vulpes nomine, qui versutus plane, omnes ingenio exsuperabat. Veritus autem rex, ne quid adversum se moliretur, civitate illum ejecit. At is conflato grandi exercitu, & mercenariis aliis, collem occupavit Telmesium; unde prosiliens Thebanos deprædabatur. Dixere verò homines, vulpem ad se excursiones facere, & retro cedere. Cephalus postea Atheniensis cum grandi exercitu auxilio venit Thebanis; qui & Vulpem interfecit, ejúsque exercitum loco expulit.

ΠΕΡΙ ΝΙΟΒΗΣ.

Φασὶν ὡς * Νιόβη ζῶσα, λίθος ἐγένετο ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων· ὅς τις δὲ πείθεται ἐκ λίθου γενέσθαι ἄνθρωπον, ἢ ἐξ ἀνθρώπων λίθον, εὐήθης ἐστί. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Νιόβη ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην, ἔστησεν ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτήν, οἵα καὶ λέγεται.

* γυνή.

ΠΕΡΙ ΛΥΓΚΕΩΣ.

Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα. τοῦτο δὲ ψεῦδος· τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. * Λυγκεὺς πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν χαλκὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ λοιπά· ἐν δὲ τῇ μεταλλεύσει λύχνους μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τούτους μὲν κατέλιπεν † ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν, καὶ τὸν σίδηρον. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι Λυγκεὺς

καὶ τὰ

---

* οὗτος. † ἐπὶ τοῦ τόπου.

DE NIOBE.

NIoben memorant dum viveret, ad filiorum tumulum in lapidem conversam esse. Qui verò credit hominem ex lapide, aut vicissim lapidem ex hominibus posse fieri, næ ille insulsus est. At rei veritas hæc. Niobe, fato ereptis liberis, statuam sibi lapideam confici jussit, & filiorum sepulchro imponi; quam nos ipsimet vidimus talem, qualis etiam esse narratur.

DE LYNCEO.

LYnceum illa, quæ sub terra sunt, visu penetrâsse, falsum omnino arbitror. Ipsa autem veritas sic habet. Primus hic æs, argentum, & reliqua metalla inquirere occœpit, inque ea indagatione lucernas secum sub terram portavit, quas quidem ibi reliquit, ipse interim omne æs, ferrúmque extulit. Narrare itaque homines: Lynceus

καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ. καὶ καταδύων, ἀργύριον περιφέρει.

ΠΕΡΙ ΚΑΙΝΕΩΣ.

Καινέα φασὶν, ὅτι ἄτρωτος ἦν. ὃς δ᾽ ὑπολαμβάνει ἄτρωτον ἀπὸ σιδήρου ἄνθρωπον, εὐήθης ἐστίν. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει οὕτως. * Καινεὺς ἦν Θετταλὸς τῷ γένει, ἀγαθὸς τὰ πολεμικὰ, καὶ ἐπιστήμων τοῦ μάχεσθαι. γενόμενος γὰρ ἐν πολλαῖς μάχαις, οὐδέ ποτε ἐτρώθη· οὔτε Λαπίθαις συμμαχῶν, πρὸς † τῶν Κενταύρων ἀπέθανεν, ἀλλὰ συλλαβόντες αὐτὸν μόνον, κατέχωσαν, καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν. ἔλεγον οὖν οἱ Λαπίθαι, ἀνελόμενοι τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, καὶ εὑρόντες μὴ τετρωμένον τὸ σῶμα, καινεὺς τόν γε ἄλλον βίον ἄτρωτος ἦν, καὶ ἀπέθανεν ἄτρωτος.

ΠΕΡΙ

---

* ἀνήρ. † τοὺς κενταύρους.

ceus etiam in terræ penetralibus recondita conſpicit ; atque ea ſubiens, aufert argentum.

DE CÆNEO.

DIcunt Cæneum invulnerabilem fuiſſe. Hominem verò ferro lædi non poſſe qui exiſtimat, ſanè perquam fatuus eſt. Sed verum ita eſt, Cæneum genere Theſſalum, bello ſtrenuum, & ſcientiſſimum pugnarum, etiamſi multis interfuiſſet præliis, nunquam ferro percuſſum eſſe ; etiam nec eo tempore, quo adverſus Centauros præſidio veniſſet Lapithis, cecidiſſe; ſed ab illis comprehenſum injectâ terrâ, finiiſſe vitam. Reperto igitur illæſo corpore, prædicârunt Lapithæ, Cæneum, ut totâ quidem vitâ nullo fuiſſet ferro penetrabilis, ſic quoque intactum obiiſſe.

ΠΕΡΙ ΚΥΚΝΟΥ.

Ὁ Αὐτὸς λόγος καὶ περὶ Κύκνου τοῦ ἐν Κολώναις. καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασιν, ὅτι ἄτρωτος ἦν. καὶ αὐτὸς ἦν αἰχμητὴς, καὶ ἐπισήμων μάχης. ἐν δὲ Τροίᾳ ὑπ' Ἀχιλλέως λίθῳ πληγεὶς, οὐκ ἐτρώθη. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, ὅτι ἄτρωτος ἦν καὶ αὐτός. * οὕτω κἀκεῖνος ἄτρωτος ἐκλήθη. κατηγορεῖ δὲ τούτου τοῦ λόγου, καὶ ἐμοὶ συμμαρτυρεῖ, Αἴας ὁ Τελαμώνιος. καὶ γὰρ † κἀκεῖνος ἐλέγετο ἄτρωτος, ἀναιρεθεὶς ξίφει ὑφ' ἑαυτοῦ.

ΠΕΡΙ ΔΑΙΔΑΛΟΥ ΚΑΙ Ἰκαρίωνος.

Φασὶν ὅτι Μίνως Δαίδαλον, καὶ Ἴκαρον, κατεῖρξε διά τινα αἰτίαν, υἱοὺς αὐτοῦ ὄντας. Δαίδαλος δὲ ποιήσας πτέρυγας προσθετὰς, ἐξήλθη μετὰ τοῦ Ἰκάρου. νοῆσαι δὲ ἄνθρωπον πετό-

* οὕτω οὗτος. † ἐκεῖνος.

DE CYCNO.

IDem ille ſermo fertur de Cycno illo Colonæo, fuiſſe ſcilicet & ipſum invulnerabilem. Sed & hic egregius bellator, rerúmque militarium peritus, in Troja aliquando ab Achille lapide tactus eſt, nec vulneratus tamen. Propterea, qui cadaver reperirent integrum, etiam ipſum fuiſſe invulnerabilem narrabant. Atque ita dictus is invulnerabilis. Sed enim hunc ſermonem retundit, ac mihi patrocinatur Ajax Telamonius; qui & ipſe invulnerabilis audiit, licet ſibi ipſi ferro vitam ademerit.

DE DÆDALO, ET ICARO.

AIunt à Minoe Dædalum, & Icarum, filium ejus, ob delictum aliquod carceri mancipatum; Dædalúmque adpoſitis alis evolâſſe una cum Icaro. Fieri autem non poteſt, ut quis hominem præſu-

imat

πελόμενον * ἀμήχανον, καὶ ταῦτα πτέρυγας ἔχοντα ὑποθεῖσας· τὸ οὖν λεγόμενον, ἦν τοιοῦτον. Δαίδαλος ὢν ἐν εἱρκτῇ, καθεὶς ἑαυτὸν διὰ θυρίδος, καὶ σκαφίδι ἐμβὰς, εἰς θάλασσαν † ἔπλεεν· αἰσθόμενος δὲ ὁ Μίνως, πέμπει πλοῖα διώξοντα. ὡς ἤσθοντο δὲ Ἴκαρός τε καὶ Δαίδαλος διωκόμενοι, ἀνέμου λάβρου καὶ σφοδροῦ ὄντος, πετώμενοι, ἧγουν πλέοντες, ἐν τῷ πελάγει περιετρέποντο. καὶ ὁ μὲν Δαίδαλος σώζεται εἰς τὴν γῆν· ὁ δὲ Ἴκαρος ‡ τελευτᾷ ἐν τῷ πελάγει. ὅθεν ἀπ' ἐκείνου Ἰκάριον πέλαγος ἐκλήθη. ἐκβληθεὶς δὲ ὁ Ἴκαρος ὑπὸ τῶν κυμάτων, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐτάφη.

* ἀδύνατον. † ἀπίει. ‡ διαφθείρεται.

ΠΕΡΙ ΑΤΑΛΑΝΤΗΣ ΚΑΙ Μηλανίωνος.

* ΛΕγουσι περὶ Ἀταλάντης, καὶ Μηλανίωνος, ὡς ἡ μὲν ἐγένετο Λέαινα, ὁ δὲ Λέων. τὸ δὲ ἀληθὲς, ἔνι τοιοῦ-

* λέγεται.

mat volâsse, & quidem fictitias habentem alas. Hujusmodi ergo fuit, quod refertur. Cùm in custodia detineretur Dædalus, clam per fenestram sese demittens, adscensâ scaphâ mare ingrediebatur; quod ubi animadvertisset Minos, naves misit insecuturas: sed ubi à Dædalo, Icaróque, fuere cognitæ, vento vehementi, atque impetuoso, quasi volantes, in mari huc illuc circumferuntur; & Dædalus quidem salvus terram attigit, sed vitam in mari finiit Icarus; atque ejus de nomine Icarium pelagus nuncupatum. Posteà verò à fluctibus ejectus sepulcro juxta patrem mandatus est.

DE ATALANTA, ET MELANIONE.

FErunt Atalantam, & Melanionem, in leænam, & leonem, conversos. Hujus autem rei veritas talis est. Cùm simul venationi operam

τοιοῦτον. Ἀταλάντη, καὶ Μηλανίων, ἐκυνήγουν. ἀναπείθει δὲ τὴν κόρην Μηλανίων, μιγῆναι αὐτῷ. εἰσέρχεται δὲ εἰς τι σπήλαιον, μιχθησόμενος. ἦν δὲ ἐν τῷ ἄντρῳ εὐνὴ Λέοντος, καὶ Λεαίνης· * οἳ καὶ ἀκούσαντες φωνῆς, ἐξελθόντες, ἀναιροῦσι τοὺς περὶ Ἀταλάντην. μετὰ δὲ χρόνον τῆς Λεαίνης, καὶ τοῦ Λέοντος ἐξελθόντων, οἱ κυνηγετοῦντες σὺν Μηλανίωνι, εἰς ταῦτα τὰ ζῶα ἔδοξαν αὐτοὺς μεταβεβλῆσθαι. εἰσβάλλοντες οὖν εἰς τὴν πόλιν, διεφήμιζον οἱ περὶ Ἀταλάντην, καὶ Μηλανίωνα, ὡς εἰς Λέοντας μετεβλήθησαν.

ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥΣ.

ΚΑὶ ὁ περὶ Καλλιστοῦς λόγος τοιοῦτος, ὡς κυνηγετοῦσα ἄρκτος ἐγένετο. ἐγὼ δέ φημι, καὶ ταύτην εἰς ὄρος καταντήσασαν, ὅπου ἐτύγχανεν ἄρκτος, θηρεύουσαν καταβρωθῆναι. τοὺς δὲ κυνηγετοῦντας, ἰδόντας μὲν ἐπὶ τὴν τῆς ἄρκτου κοίτην, μηκέτι δὲ

* οἱ δέ.

ram darent Atalanta, & Melanion, ille quidem persuasit puellæ, ut secum commisceretur; & jam coiturus, spelæum ingreditur; in quo cubile erat leonis, leænæque: qui, postquam voces eorum exaudivere, prodeuntes continuò ambos dilacerârunt. Leone deinde, ac Leænâ solis egredientibus, qui cum Melanione venabantur, ipsos in ejusmodi animalia existimabant conversos; séque in urbem recipientes, rumoribus sparserunt, Atalantam, & Melanionem, in leones, immutatos.

De Callistone.

IDem etiam de Callistone est sermo; ut scilicet illa inter venandum in ursam sit commutata. At mea quidem sententia, illam crediderim venatione occupatam, ab obvia in monte ursa devoratam esse: ipsos verò, qui una venarentur, videntes eam prope ursæ cubile, neque

δὲ ἐξερχομένην; εἰπεῖν ὡς ἡ κόρη ἄρκτος ἐγένετο.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ.

Φασὶν Εὐρώπην τοῦ Φοίνικος ἐπὶ ταύρου ὀχουμένην διὰ τῆς θαλάττης ἐκ Τύρου εἰς Κρήτην ἀφικέσθαι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, οὔτε ταῦρον, οὔθ' ἵππον, τοσοῦτον πέλαγος * διανήξασθαι δύνασθαι· οὔτε κόρην ἐπὶ ταῦρον ἄγριον ἀναβῆναι· † ὅ,τε Ζεὺς εἰ ἐβούλετο Εὐρώπην εἰς Κρήτην ἐλθεῖν, εὗρεν ἂν αὐτῆς ἑτέραν πορείαν καλλίονα. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· ἀνὴρ Κνώσιος, ὄνομα τῷ Ταῦρος, ἐπολέμει τῇ Τυρηνίᾳ χώρᾳ. τελευταῖον δὲ ἐκ Τύρου ἥρπασεν ἄλλας τε κόρας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα, Εὐρώπην· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Εὐρώπην τὴν τοῦ βασιλέως, ταῦρος ἔχων ᾤχετο· τούτου δὲ γενομένου, προσανεπλάσθη ὁ μῦθος.

ΠΕΡΙ

* διανίσαι. † καὶ ὅ.

neque inde redeuntem, mox transformatam in urſam puellam proclamâſſe.

DE EVROPA.

EVropam Phœnicis filiam, tauro per mare vectam, è Tyro in Cretam trajeciſſe, fabula eſt. Mihi verò videtur, neque taurum, neque equum, tantum pelagus nando transfretare potuiſſe, neque in taurum puellam conſcendiſſe agreſtem: atque adeò, ſi Europam in Cretam abire Iupiter voluiſſet, inveniſſe utique viam illi meliorem. Veritas autem ſic habet. Bello vexabat Tyriorum regionem Taurus, homo Gnoſſius, ac poſtremò, inter cæteras Tyri puellas, rapuit etiam filiam regis Europam. Inde dicere homines, Europam regis taurum avexiſſe. His ita geſtis fabula confićta eſt.

DE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΟΥΡΕΙΟΥ Ἵππου καὶ τῆς Τροίας.

Φασὶν ὡς Ἀχαιοὶ οἱ ἐν ξυλίνῳ ἵππῳ, κατεπόρθησαν τὴν Ἴλιον. ἔστι δὲ μυθώδης ἄγαν ὁ λόγος. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔστιν αὕτη. ἵππον κατεσκεύασαν ξύλινον, πρὸς μέγεθος μετεωρότερον τῶν πυλῶν, ὅπως μὴ ἑλκόμενος εἰσέλθῃ, ἀλλ' * ὑπερέχει τῷ μεγέθει. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἐκάθηντο ἐν κοίλῳ χωρίῳ περὶ τὴν πόλιν· ὁ Ἀργείων λόχος ἐκαλεῖτο μέχρι τοῦ νῦν. αὐτόμολος δὲ ἐλθὼν ὁ Σίνων εἰς Ἴλιον, φράζει τοῖς Ἰλιεῦσιν, εἰσηγαγεῖν τὸν ἵππον, προσθεὶς καὶ τὸ μὴ εἰσελθεῖν τοὺς Ἕλληνας, οὗ ὑπακούσαντες οἱ Τρῶες, καὶ τὰς πύλας καθελόντες, εἰσάγουσι τὸν ἵππον· εὐωχουμένων δ' αὐτῶν, ἐπεισέρχονται οἱ Ἕλληνες. καὶ οὕτως ἑάλω ἡ Τροία.

ΠΕΡΙ

* ὑπερέχειν.

DE EQVO DVREO, ET TROIA.

PLurimùm item fabulòſus ille ſermo, abſconditos, uti ajunt, in ligneo equo Achæos Ilium expugnâſſe. Sed hoc eſt verum: equum ædificârunt ligneum, ipſis portis magnitudine ſublimiorem; ut longe ſupereminens, nullâ ratione trahi in urbem poſſet. Ipſi interea ductores in concavo ad urbem loco conſedere, qui in hunc uſque diem Achivorum inſidiæ vocatur. Tum verò transfuga Sinon Ilium ingreditur, & perſuadet Ilienſibus, equum in civitatem arceſſerent, datâ fide, non reverſuros Græcos. Dicto audientes Troiani, & portas dejicientes, equum inducunt: quibus tum convivantibus, Græci ſupervenere; & ſic capta Troja eſt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΙΟΛΟΥ.

* ΛΈγουσιν ὅτι Αἴολος ἦν κύριος τῶν πνευμάτων, ὅς τις ἔδωκεν Ὀδυσσεῖ τοὺς ἀνέμους ἐν ἀσκῷ. Περὶ δὲ τούτου ὡς οὐχ οἷόν τε, δῆλον εἶναι πᾶσιν οἶμαι. εἰκὸς δὲ ἀστρολόγον γενόμενον Αἴολον, φράσαι Ὀδυσσεῖ τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐπιτολαί τινες ἀνέμων γενήσονται. Φασὶ δὲ, ὅτι καὶ χαλκοῦν τεῖχος τῇ πόλει αὐτοῦ περιεβέβλητο· ὅπερ ἐστὶ ψευδές. ὁπλίτας γὰρ (ὡς οἶμαι) εἶχε, τὴν πόλιν αὐτοῦ φυλάττοντας.

* λέγεται ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος.

ΠΕΡΙ ΕΣΠΕΡΙΔΩΝ.

ΛΈγουσιν ὅτι γυναῖκές τινες ἦσαν αἱ Ἑσπερίδες. ταύταις δὲ ἦν μῆλα χρυσᾶ ἐπὶ μηλέας, ἣν ἐφύλασσε δράκων. ἐφ' ἃ μῆλα καὶ Ἡρακλῆς ἐστρατεύσατο. ἔχει δὲ † ἡ ἀλήθεια ὧδε. Ἕσπερος ἦν ἀνὴρ Μιλήσιος, ὃς ᾤκει ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ εἶχε θυγατέρας δύο, αἳ ἐκαλοῦντο Ἑσπερίδες.

τούτῳ

---

† ὧδε πῶς τὸ ἀληθές.

DE ÆOLO.

NArrant Æolum habitum fuiſſe ventorum deum, qui incluſos utri ventos Vlyſſi dedit. Sed de hoc nihil hujuſmodi eſſe, omnibus exiſtimo manifeſtum. Veriſimilius autem, Æolum, aſtrologiæ gnarum, prædixiſſe Vlyſſi tempora, quibus certi quidam venti aſpirarent. Tradunt inſuper, æneo muro urbem ejus circumdatam; falſo item, cùm, uti arbitror, armatos habuerit milites, qui mœnia cuſtodirent.

DE HESPERIDIBVS.

FErunt mulieres quaſdam fuiſſe Heſperides; quibus aurea mala erant in arboribus, à dracone ſervata; ad quæ Hercules etiam expeditionem inſtituit. Res autem ita ſe habet. Heſperus vir Mileſius fuit, Cariam incolens, habuitque filias duas, nomine Heſperides.

τούτῳ δὲ ἦσαν ὄϊς καλαὶ, καὶ ἔγκαρποι. οἷαι καὶ νῦν αἱ ἐν Μιλήτῳ. ἐπὶ τούτῳ δὴ ὀνομάζονται χρυσαῖ. κάλλιστον γὰρ ὁ χρυσός. ἦσαν δὲ ἐκεῖναι κάλλισται. Μῆλα δὲ καλεῖται τὰ πρόβατα. ἅπερ ἰδὼν ὁ Ἡρακλῆς βοσκόμενα * περὶ τὴν θάλατταν, περιελάσας ἐνέθετο εἰς τὴν ναῦν. καὶ τὸν ποιμένα αὐτῶν ὀνόματι Δράκοντα, εἰσήγαγεν εἰς οἶκον, οὐκέτι ζῶντος τοῦ Ἑσπέρου, ἀλλὰ τῶν παίδων αὐτοῦ. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἐθεασάμεθα χρυσᾶ μῆλα, ἃ Ἡρακλῆς ἤγαγεν ἐξ Ἑσπερίδων, τὸν φύλακα ἀποκτείνας δράκοντα. καὶ ἔνθεν ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

ΠΕΡΙ ΚΟΤΤΟΥ, ΚΑΙ Βριάρεως.

Φασὶν οὖν περὶ τούτων, ὡς ἔχον ἑκατὸν χεῖρας, ἄνδρες ὄντες. πῶς δὲ οὐκ εὔηθες τὸ τοιοῦτον; τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως. τῇ πόλει ὄνομα Ἑκατοντάχειρία, ἐν ᾗ ᾤκουν. ἣν δὲ πόλις τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεστιάδος. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Κόττος, καὶ Βριάρεως, καὶ

* παρὰ τῇ θαλάσσῃ.

Erant verò huic oves pulchræ, & fœcundæ, cujusmodi etiam nunc Mileti; ac proinde vocabantur aureæ: pulcherrimum enim sicut est aurum; ita & hæ pulcherrimæ. Μῆλα quippe vocantur oves; quas cùm in littore pascentes Hercules vidisset, mortuo jam Hespero, sed, viventibus liberis, abactas in navem imposuit, earúmque pastorem Draconem domum abegit. Dicebant itaque homines; vidimus aurea mala, quæ Hercules, occiso custode Dracone, ex insulis Hesperidum avexit. Inde fabula conficta est.

De Cotto, et Briareo.

Narrant de his, quòd centum manus habuerint. Quomodo autem non fatuum hoc? Sed veritas ejusmodi est. Civitati, quam illi inhabitabant, nomen erat Hecatonchiriæ, sitæ in Orestiade. Hinc ajebant vulgò, Cottum, Bria-

καὶ Γύγης, οἱ Ἑκατονταχειρες, βοηθήσαντες τοῖς θεοῖς, αὐτοὶ ἐξήλασαν τοὺς Τιτᾶνας ἐκ τοῦ Ὀλύμπου.

ΠΕΡΙ ΣΚΥΛΛΗΣ.

* ΛΕγουσι περὶ Σκύλλης, ὡς ἦν ἐν Τυῤῥηνίᾳ θηρίον τι, γυνὴ μὲν μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ, κυνῶν δὲ ἐντεῦθεν αὐτῇ προσπεφύκασι κεφαλαί· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, ὄφεως. τοιαύτην δὲ φύσιν † ἐννοεῖν, πολὺ εὔηθες· ἡ δὲ ἀλήθεια αὕτη. Τυῤῥηνίων νῆσοι ἦσαν, αἳ ἐλῄζοντο τὰ περὶ χώραν τῆς Σικελίας, καὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον. ἦν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα τότε, ὄνομα Σκύλλα· αὕτη ἡ τριήρης τὰ λοιπὰ τῶν πλοίων συλλαμβάνουσα, πολλάκις εἰργάζετο βρῶμα, καὶ λόγος ἦν περὶ αὐτῆς πολύς. ταύτην τὴν ναῦν Ὀδυσσεὺς ‡ σφοδρῷ, καὶ λαύρῳ πνεύματι χρησάμενος, διέφυγε. διηγήσατο δὲ ἐν Κορκύρᾳ τῷ Ἀλκινόῳ πῶς ἐδιώχθη, καὶ πῶς

---

* λέγεται. † νοεῖν πολλὴ εὐήθεια.
‡ φόρῳ.

reum, & Gygem, centimanos, opem Diis ferentes, Titanas Olympo expulisse.

DE SCYLLA.

DE Scylla ajunt, in Tyrrhenia fuisse belluam, umbilico quidem tenus feminam, cui agnata deinceps erant canum capita; corpus vero reliquum serpentis. Talem autem generationem concipere, perquàm absurdum. Sed veritas ita se habet. Erant insulæ quædam Tyrrhenorum, quæ deprædabantur confinia Siciliæ, & Ionium sinum; erátque illis triremis velox, nomine Scylla; quæ cùm reliquas naves interciperet, rictum frequenter sibi comparabat, atque hinc plurium in ore versabatur. Illam tamen navem Vlysses vento secundo usus, & copioso, effûgit; ac postea, quomodo insecuta fuisset, quâ ratione effugisset, atque navigii formam, Alcinoo Corcyræ

πῶς ἐξέφυγε. καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ πλοίου. ἀφ᾽ ὧν προσανεπλάσθη ὁ μῦθος.

ΠΕΡΙ ΔΑΙΔΑΛΟΥ.

ΛΕ΄γουσι περὶ Δαιδάλου, ὡς ἀγάλματα κατεσκεύαζε * πορευόμενα. τὸ δὲ ἀνδριάντα δι᾽ αὐτοῦ βαδίζειν, ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ ἔμοι γε. τὸ δὲ ἀληθὲς τοιοῦτον. οἱ τότε ἀνδριαντοποιοὶ, καὶ ἀγαλματοποιοὶ, κατεσκεύαζον ἀνδριάντας, συμπεφυκότας ἔχοντας τοὺς πόδας. Δαίδαλος δὲ † ἐποίει διαβεβηκότας τὸν ἕνα πόδα. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἔλεγον, ὁδοιποροῦν τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ εἰργάσατο Δαίδαλος, ἀλλ᾽ οὐχὶ ἑστηκός· ὡς καὶ νῦν λέγομεν. εἰσὶ δὲ καὶ μαχόμενοι ἄνδρες γεγραμμένοι, καὶ τρέχοντες ἵπποι, καὶ χειμαζομένη ναῦς.

* δι᾽ ἑαυτῶν π. † πρῶτος ἐποίησε.

ΠΕΡΙ ΦΙΝΕΩΣ.

*Ι῾Στοροῦσι περὶ Φινέως, ὡς διεφόρουν ἅρπυιαι τὴν τροφὴν αὐτοῦ. δοκοῦσι δὲ ἔνιοι, θηρία καὶ πετεινὰ ταῦτα, † ἁρπάζοντα

ἀπὸ

---

* ἱστορεῖται. † ἁρπάζειν.

enarravit. Ex his conficta fabula eſt.

De Dædalo.

FAbulantur Dædalum ſtatuas fabricâſſe per ſe ambulantes. At mihi quidem hoc in ſtatua videtur impoſſibile. Veritas autem ejuſmodi. Cùm qui ea tempeſtate ſculptores erant, & ſtatuarii, ſtatuas conficerent pedes habentes corpori agnatos; Dædalus prætenſo altero pede faciebat incedentes. Proinde dicebant vulgò, ambulare ſtatuam Dædali, neque ut reliquas ſtare: ſicuti & hodie loquimur; picti ſunt viri pugnantes, currentes equi, & quæ fluctibus jactatur navis.

De Phineo.

DE Phineo memorant, quòd Harpyiæ victum ejus corrumperent; ac putant nonnulli, illas feras quaſdam volucres eſſe, quæ

ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ Φινέως τὸ δεῖπνον. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει οὕτω. Φινεὺς ἦν Παιονίας βασιλεύς. γέροντα δὲ αὐτὸν * γεγονότα, ἡ ὄψις ἀπέλειπεν, οἵτε ἄρρενες παῖδες ἀπέθανον. θυγατέρες δὲ ἦσαν αὐτῷ, Πυρία, καὶ Ἐρασία. αἵτινες τὸν τοῦ πατρὸς βίον διέφθειρον· ἔλεγον οὖν οἱ πολῖται, δύστηνος ὁ Φινεὺς, ὅτι αἱ Ἅρπυιαι τὸν βίον αὐτοῦ διαφθείρουσιν. οἰκτείραντες δὲ αὐτὸν, Ζῆθος καὶ Κάλαϊς ἀστυγείτονες αὐτῷ, Βορέου παῖδες, ἀνδρὸς οὐκ ἀσήμου, βοηθήσαντες αὐτῷ, τὰς θυγατέρας ἐξήλασαν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τὰ χρήματα συναθροίσαντες, ἐπίτροπόν τινα κατέστησαν τῶν Θρακῶν.

* ὄντα.

ΠΕΡΙ ΜΗΤΡΑΣ.

Περὶ † Μήτρας τῆς Ἐρισίχθονος φασὶν, ὡς ὅ,ποτε τις βούλοιτο, ἀλλάσσειν τὴν ἰδέαν. ὁ δὲ μῦθος καταγέλαστος. πῶς γὰρ εἰκὸς ἐκ κόρης γενέσθαι βοῦν, καὶ αὖθις κύνα, ‡ ἢ ὄρνεον; τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἐρισίχθων ἦν ἀνὴρ Θετταλὸς, καὶ διαφθείρας

† Μήστρας. ‡ ἢ ὄνον, ἢ ὄρνεον.

ex mensa Phinei raperent prandium. Ita verò se res habet. Phineus rex fuit Pæoniæ; quem ubi senem visus defecisset, & mortem obiissent liberi illius masculi, filiæ Pyria, & Erasia, patris rem familiarem consumserunt. Hinc Poëtæ, miser, inquiebant, Phineus, cujus vitam Harpyiæ perdunt. Commiserti autem ejus Zethus, & Calais, vicini ipsius, Boreæ, viri non incelebris, filii, auxilium tulerunt; &, filias oppido expellentes, opibúsque ejus recollectis, inspectorem quendam illi Thracem apposuerunt.

DE METRA.

DE Metra Erisichthonis ferunt, quòd, quandocunque etiam vellet, formam mutaret. Cæterùm ridicula hæc fabula. Quomodo enim verisimile est, ex puella bovem fieri, aut canem, aut avem? Veritas autem ejusmodi. Erisichthon vir Thessalus fuit, qui absumtâ re fami-

φθείρας τὰ χρήματα, πένης ἐγένετο. ἦν δὲ θυγάτηρ αὐτῷ καλὴ, καὶ ὡραία, Μήτρα τὸ ὄνομα. ὅς τις δὲ εἶδεν αὐτὴν, ἤρα ταύτης. ἀργυρίῳ μὲν οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι οὐκ ἐμνηστεύοντο. ἐδίδοσαν δὲ οἱ μὲν ἵππους, οἱ δὲ βοῦς, τινὲς δὲ πρόβατα, ἢ * ὃ ἂν ἐθέλῃ ἡ Μήτρα. ἔλεγον δὲ οἱ Θετταλοὶ, ὁρῶντες ἀθροιζόμενον τῷ Ἐρυσίχθονι τὸν βίον, ὅτι ἐγένετο ἐκ Μήτρας αὐτῷ καὶ ἵππος, καὶ βοῦς, καὶ τἄλλα· ἀφ' ὧν ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

* ὅτι ἄν.

ΠΕΡΙ ΓΗΡΥΟΝΟΥ.

ΓΗρυόνην φασὶν, ὅτι τρικέφαλος † ἦν. ἀδύνατον δὲ σῶμα τρεῖς κεφαλὰς ἔχειν. ἦν δὲ τοῖον δε τοῦτο. πόλις ἐστὶν ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Τρικαρηνία καλουμένη. ἦν δὲ Γηρυόνης ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις ὀνομαστὸς, πλούτῳ τε καὶ ἄλλοις διαφέρων· εἶχε δὲ καὶ

† ἐγένετο.

familiari, ad pauperiem redactus est. Erat autem illi filia, Metra nomine, formâ tam egregiâ, ut quisquis illam vel solùm adspiceret, protinus deperiret. Sed enim tum temporis homines sibi uxores argento non comparabant: at loco ejus alii quidem dabant equos, alii boves, nonnulli oves, aut quidquid etiam exposceret Metra. Dicebant ergo Thessali, videntes, quæ vitæ sunt necessaria, Erisichthoni congregata, Metram illi fieri equum, bovem, aliáque; de quibus fabula.

DE GERYONE.

GEryonem ajunt fuisse tricipitem; cùm fieri non possit corpus aliquod tribus capitibus esse præditum. At tale quid accidit. Vrbs est in Euxino ponto Tricarenia appellata; ubi inter homines celebris vivebat Geryon, divitiis, aliisque rebus præcellens. Cæte-

καὶ βοῶν ἀγέλην θαυμαστὴν, ἐφ' ἣν ἐλθὼν Ἡρακλῆς, ἀνταποιούμενον Γηρυόνην ἔκτεινεν· οἱ δὲ θεώμενοι περιελαυνομένας τὰς βοῦς, ἐθαύμαζον. ἦσαν γὰρ τὸ μὲν μέγεθος, μικραί. ἀπὸ δὲ κεφαλῆς ἐπὶ * τῇ ὀσφύϊ μικραὶ, καὶ σιμαὶ, κέρατα οὐκ ἔχουσαι, ὀστᾶ δὲ μακρὰ, καὶ πλατέα. πρὸς τοῦτο πυνθανομένους οὕτως ἔλεγόν τινες. Ἡρακλῆς ταύτας περιήλασεν, οὔσας Γηρυόνου τοῦ Τρικαρήνου. τινὲς δὲ ἐκ τοῦ λεγομένου, ὑπέλαβον αὐτὸν τρεῖς ἔχειν κεφαλάς.

* τὴν ὄφρυν.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ ΤΟΥ Σισύφου.

Φασὶν ὅτι καὶ οὗτος κατεβρώθη ὑπὸ τῶν ἵππων. ἀγνοοῦντες, ὅτι ἱπποτροφῶν, καὶ τῶν οἰκείων οὐδενὸς ἐπιμελούμενος, καὶ μεγάλας δαπάνας ποιούμενος, ἐπετρίβη, καὶ † ἀπέλιπεν αὐτὸν ὁ βίος.

ΠΕΡΙ

† ἐπέλιπεν.

rùm boum gregem admirabilem habuit; quem invadens Hercules, reſiſtentem Geryonem interemit; & qui circumactas viderent boves mirabantur. Erant enim ſtaturâ quidem exiguæ, à capite uſque ad ilia inſuper parvæ, & ſimæ, cornua non gerentes, ſed oſſa longa, latáque. Reſponderunt itaque nonnulli interrogantibus: Herculem Tricareni Geryonis boves abegiſſe. Quo ex dicto Geryonem tria capita habuiſſe, ſunt, qui ſuſpicabantur.

DE GLAVCO SISYPHI.

HVnc & ipſum ab equis devoratum eſſe perhibent, ignorantes quòd, cùm equos aleret, neque rerum domeſticarum curam haberet, ſumtúſque faceret ingentes, opibus dilapidatis, victus tandem illi defuerit.

ΠΕΡΙ ΕΤΕΡΟΥ ΓΛΑΥΚΟΥ τοῦ Μίνωος.

Καὶ οὗτος ὁ μῦθος παγγέλοιος, ὡς δὴ τοῦ Γλαύκου ἀποθανόντος * ἐπὶ τῷ μέλιτι, ὁ Μίνως ἐν τῷ τύμβῳ κατώρυξε τὸν τοῦ Κοιράνου Πολύειδον, ὃς ἦν ἐκ τοῦ Ἄργους. ὃς ἰδὼν δράκοντα ἑτέρῳ δράκοντι πόαν ἐπιθέντα τεθνεῶτι, καὶ ἀναστήσαντα αὐτὸν, καὶ οὗτος τὸ αὐτὸ ποιήσας εἰς τὸν Γλαῦκον, ἀνέστησεν. τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ἐγένετο δὲ τοιόνδε τι. Γλαῦκος πιὼν μέλι ἐταράχθη. χολῆς δὲ αὐτῷ πλείονος κινηθείσης, ἐλειποθύμησεν ὁ Γλαῦκος. ἀφίκοντο δ' οὖν οἵ τε δὴ ἄλλοι ἰατροί, ἅτε δὴ χρήματα ληψόμενοι, † ἀλλὰ δὴ καὶ Πολύειδος. ὃς ἰδὼν τὴν πόαν, ἣν ἔμαθε παρά τινος ἰατροῦ, ᾧ ὄνομα ἦν Δράκων, καὶ ταύτῃ τῇ βοτάνῃ χρησάμενος, ὑγιᾶ ἐποίησε τὸν Γλαῦκον. ἔλεγον οὖν τινες, ὅτι Πολύειδος τὸν Γλαῦκον, ὑπὸ μέλιτος θανόντα, ἀνέστησεν.

ΠΕΡΙ

* ἐν τῷ μ. † καὶ πρὸς τούτους.

DE GLAVCO MINOIS.

ET hæc fabula omnino ridicula, Glauco melle interfecto, Minos eidem ſepulchro incluſit Polyidum Cœrani filium Argivum: qui cùm vidiſſet draconem quendam alteri mortuo herbam imponentem, atque hoc modo reſuſcitantem. idipſum fecit, ac Glaucum vitæ reſtituit. Fieri autem non potuit; ſed illud rectiùs. Glaucus poto melle turbatus, bile multâ commotâ, animi deliquium patiebatur. Acceſſere igitur cùm alii medici, relaturi mercedem, tum etiam Polyidus, & conſpectâ herbâ, quam à medico didicerat, cui nomen Draco, adhibuit illam ipſam, & Glaucum ſanum reddidit. Hinc dicebant multi, quòd Polyidus melle interemtum Glaucum reſuſcitaverit.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ ΤΟΥ Θαλαττίου.

Ἄδεται ὅτι καὶ οὗτος ὁ Γλαῦκος πόαν φαγὼν ποτὲ, ἀθάνατος ἐγένετο, καὶ νῦν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκεῖ. τὸ δὲ τῇ πόᾳ ταύτῃ μόνον Γλαῦκον ἐντυχεῖν, καὶ λίαν ἔνιγε εὔηθες, τό, τε ἄνθρωπον ἐν θαλάττῃ, ἢ ἄλλό τι τῶν χερσαίων ζῆν. ἔχει δὲ τὸ ἀληθὲς οὕτω. Γλαῦκος ἦν ἀνὴρ ἁλιεὺς, Ἀνθηδόνιος τὸ γένος· ἦν δὲ κολυμβητὴς, ἐν τούτῳ * ὑπερφέρων πάντων κολυμβητῶν. κολυμβῶντος δὲ ἐν τῷ λιμένι, ὁρώντων αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει, αὐτὸς διακολυμβήσας εἰς τινα τόπον, καὶ μὴ ὀφθεὶς τοῖς οἰκείοις, ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς, διακολυμβήσας πάλιν, ὤφθη αὐτοῖς. πυνθανομένων δὲ τῶν οἰκείων, ποῦ διέτριβεν, αὐτὸς ψευδόμενος ἔφη, ἐν τῇ θαλάττῃ· καὶ † συγκλείων εἰς αὐτὸν ἰχθύας, ὁπότε χειμὼν γένοιτο, καὶ μηδεὶς τῶν ἄλλων ἁλιέων ἰχθῦς δύναιτο

* διαφέρων τοῖς ἄλλοις. † συγκλείσας.

De Glavco Marino.

Celebratur etiam hic Glaucus, quòd poſtquam herbam comediſſet, factus ſit immortalis, & nunc in mari habitet. Glaucum autem ſolum hanc herbam aſſecutum, hominémque, vel quodvis animal terreſtre, in mari vivere, perquam ridiculum eſt. At verò ipſa rei veritas hæc eſt. Glaucus piſcator fuit Anthedonienſis genere, atque natator præ cæteris iſtac in arte excellens: quem cùm cives in portu aquis ſe immergentem vidiſſent, ipſe continuò ad alium ſe locum natando recepit, & cùm intra dies plurimos viſus à ſuis non eſſet, emergens rurſum, conſpectui illorum ſe reſtituit. Interrogantibus itaque domeſticis, ubinam egiſſet, ille conficto mendacio, in mari, inquit. Cúmque piſces eodem loco concluſos haberet, neque quiſquam aliorum piſcatorum

ναιτο λαμβάνειν, καὶ ἔλεγε τοῖς πολίταις, τίνας βούλοιτο τῶν ἰχθύων ἀποκομισθῆναι αὐτοῖς. καὶ κομίζων οὓς ἂν ἤθελον, Γλαῦκος Θαλάσσιος ἐκλήθη. καὶ περιτυχὼν θηρίῳ θαλαττίῳ, ἀπώλετο. μὴ ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ ἐκ τῆς θαλάττης, ἐμύθευσαν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐν θαλάττῃ οἰκεῖ, κἀκεῖ μένει.

ΠΕΡΙ ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΟΥ.

Φασὶν ὅτι Βελλεροφόντην ὑπόπτερος ἵππος Πήγασος ἔφερεν. ἐμοὶ δὲ ἵππον οὐδέποτε δοκεῖ δύνασθαι ἵπτασθαι, οὐδ' εἰ πάντα τὰ πτηνῶν πτερὰ λάβῃ. εἰ γάρ ποτε τοιοῦτον ζῶον ἦν, καὶ νῦν ἂν εἴη. τοῦτον δέ φασι καὶ τὴν Ἀμισοδάρου Χίμαιραν ἀνελεῖν. ἦν δὲ ἡ Χίμαιρα, ὥς φασι, ἔμπροσθεν μὲν λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. ἔνιοι δὲ δοκοῦσι τοιοῦτον γενέσθαι θηρίον, τρεῖς ἔχον κεφαλάς. ἀδύνατον

torum vesaniente tempestate capere quid possent; ultro petebat à civibus, cujusmodi sibi pisces adferri cuperent; prolatisque quos volebant, Glaucus vocatus est marinus. Denique in feram incidens marinam, periit; nec in mari deinceps prodeunte, fabulati sunt homines, ipsum habitare in eo, & sedem habere.

DE BELLEROPHONTE.

FErunt, quòd alatus equus Pegasus Bellerophontem gestârit. Mihi autem videtur equum minimè posse volare, nedum si omnium avium pennis indueretur. Si enim tale animal quandoq; fuisset, etiam nunc superesset. Ajunt præterea ipsum Amisodari Chimæram interfecisse. Erat autem Chimæra, ut vulgò putant, ante leo, post verò draco, in medio autẽ capella. Multi arbitrantur ejusmodi fuisse animal, quod tria haberet capita. Impossibile

δὲ * λέοντα ὁμοίᾳ τροφῇ χρῆσθαι. καὶ τὸ θνητὴν ἔχον φύσιν πῦρ ἀποπνέειν, εὔηθες. ποίαις δὲ τῶν κεφαλῶν τὸ σῶμα ἐπηκολούθει; τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Βελλεροφόντης ἦν Φρύγιος ἀνὴρ, τὸ γένος Κορίνθιος, καλὸς καὶ ἀγαθός. ὃς πλοῖον κατασκευάσας μακρὸν, ἐληΐζετο τὰ παραθαλάσσια χωρία. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. μᾶλλον δὲ δοκεῖ πλοίῳ, ἢ ἵππῳ ὄνομα εἶναι Πήγασος. βασιλεὺς δὲ Ἀμισόδαρος ᾤκει ἐπὶ τῷ Ξάνθῳ ποταμῷ. ὄρος δὲ ἦν ὑψηλὸν ὑπ' αὐτῷ, ᾧ ὄνομα Τελμισσός. πρὸς ὃ δὴ ὄρος προσβάσεις εἰσὶ δύο ἔμπροσθεν ἐκ πόλεως † τῶν Ξανθίων, τρίτη δὲ ὄπισθεν τῆς Καρίας, τὰ δ' ἄλλα κρημνός. ἐν δὲ τῷ μέσῳ αὐτῶν χάσμα ἐστὶ τῆς γῆς μέγα, ἐξ οὗ δὴ καὶ πῦρ ‡ ἀναδίδοται. ἐπὶ τούτοις δέ ἐστιν ἕτερον ὄρος, ᾧ ὄνομα Χίμαι-

---

* λέοντα καὶ αἶγα. † τῆς. ‡ ἀναφέρεται.

bile autem leonem, & capellam eodem alimento uti; quódque mortalem habet naturam ignem ſpirare, eſt fatuum. Quodnam enim iſtorum capitum corpus ſequeretur? Sed verit ita ſe habet. Bellerophon erat vir Phrygius, genere Corinthius, pulcher, probúſque, qui conſtructâ longâ navi regiones ad mare poſitas deprædabatur. Navi autem nomen erat Pegaſus, ut & nunc ſingula navium proprium habent vocabulum: & conſentaneum magis eſt, navi potiùs, quàm equo, Pegaſi nomen fuiſſe. Rex porrò Amiſodarus habitabat ad Xanthum flumen; cui mons præaltus adjacebat dictus Telmiſſus: ad cujus anteriorem partem aſcenſus duo ſunt ex urbe Xanthiorum, tertius verò retro ex Caria, reliqua præcipitia: in quorum medio hiatus terræ ingens, unde & ignis exæſtuat. Supra hæc mons item alius, cui nomen

Χίμαιρα. τότε δὲ ἦν ὥς λέγουσιν οἱ περιοχώριοι, κατὰ μὲν τὴν πρόβασιν οἰκῶν, λέων ἔμπροσθεν, ὄπισθεν δὲ δράκων· οἳ δὴ καὶ ἔσινον τοὺς νομέας, καὶ τοὺς ὑλοτόμους. τότε δὴ ὁ Βελλεροφόντης ἐλθὼν, τὸ ὄρος ἐνέπρησε, καὶ ἡ Τελμισσὸς κατεκάη, καὶ τὰ θηρία ἀπώλετο. ἔλεγον οὖν οἱ περιοχώριοι, Βελλεροφόντην ἀφικόμενον μετὰ Πηγάσου, τὴν Ἀμισωδάρου Χίμαιραν ἀπολέσαι. τούτου δὲ γενομένου, προσανεπλάσθη ὁ μῦθος.

ΠΕΡΙ ΠΕΛΟΠΟΣ, ΚΑΙ τῶν ἵππων.

Φασὶν, ὅτι Πέλοψ ἦλθεν, ἔχων ἵππους ὑποπτέρους, εἰς Πίσαν, μνηστευσόμενος Ἱπποδάμειαν τὴν Οἰνομάου θυγατέρα. ἐγὼ δὲ τὰ αὐτὰ λέγω ὁ περὶ τοῦ Πέλοπος, ἅπερ καὶ περὶ τοῦ Πηγάσου. εἰ γὰρ Οἰνόμαος ᾔδει ὑποπτέρους * τοὺς τοῦ Πέλοπος ἵππους, οὐκ ἂν δὴ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἔδωκεν περὶ τὸ ἅρμα αὐτοῦ ἀναβιβάσαι· ῥητέον οὖν, ὅτι Πέλοψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον. ἐγέγραπτο

* ὄντας τούς.

men Chimæra: cujus aſcenſum anteriorem, ut memorant accolæ, leo inhabitabat, poſteriorem verò draco; qui paſtoribus etiam, & lignatoribus vim inferebant. Quo tempore Bellerophon adveniens, montem exuſſit, atque ita combuſtus Telmiſſus, & feræ perierunt. Hinc dixere accolæ Bellerophontem cum Pegaſo ſuo accedentem Amiſodari Chimæram interfeciſſe: ex quo eventu confiĉta eſt fabula.

DE PELOPE ET EQVIS.

PElopem alatis equis veniſſe in Piſſam memorant, cùm uxorem peteret filiam Oenomai Hippodamiam. Ego verò eadem de Pelope dico, atque dixi de Pegaſo. Si enim ſciviſſet Oenomaus, alatos eſſe Pelopis equos, utique non permiſiſſet, ut currum ipſius filia conſcenderet. Cenſendum itaque, navigio adveniſſe Pelopa, in

το δὲ ἐπὶ * τοῦ πλοίου, ἵπποι ὑπόπτεροι. ἁρπάσας δὲ τὴν κόρην, ᾤχετο φεύγων. ἀφ' οὗ ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

ΠΕΡΙ ΦΡΙΞΟΥ ΚΑΙ Ἕλλης.

Ἱστοροῦσιν ὡς ὁ κριὸς αὐτῷ προὔλεγεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτὸν μέλλει θύειν. καὶ λαβὼν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, ἀναβάς τε ἐπ' αὐτὸν σὺν αὐτῇ, διὰ τῆς θαλάσσης ἀφίκοντο εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. ὅπερ ἐστὶ δύσπιστον, τὸ ὡς πλοῖον τὸν κριὸν, διανήχεσθαι, καὶ ταῦτα βαστάζοντα δύο ἀνθρώπους. καὶ ποῦ τὰ σιτία, καὶ ποτὰ, καὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκείνων; οὐ γὰρ δή που ἄσιτοι, τοσοῦτον χρόνον διέμειναν. εἶτα Φρίξος τὸν τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ φράσαντα κριὸν, καὶ διασώσαντα σφάξας, καὶ τὸ δέρμα ἀποδείρας ἔδωκεν ἕδνον Αἰήτῃ. ὁ δὲ ἔδωκε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα· ὁ δὲ Αἰήτης τῶν Κόλχων τότε ἐβασίλευεν. ὅρα δὲ, τότε πῶς καὶ τὰ δέρματα σπάνια ἦν. ὡς τὸν βασιλέα ἕδνον ἰδίας θυγα-

* ἐπὶ τῆς σκευῆς.

quo depicti erant equi alati; atque eo raptâ puellâ, fugâ ſeſe ſubduxiſſe. Inde fabulæ origo.

DE PHRIXO ET HELLE.

ARietem ſcribunt Phrixo prædixiſſe, futurum, ut illum pater Diis immolaret; atque eum aſſumtâ ſorore arietem conſcendiſſe, & per mare veniſſe in Pontum Euxinum. Creditu verò perdifficile eſt, arietem, duos quidem homines portantem, navis inſtar fretum transnatare. Et ubi alimentum potuſque & hujus,& illorum? neq; enim tantum temporis transigere ſine cibo potuere. Phryxus deinde, cùm ſalutis ſuæ autorem, ſervatorémque mactâſſet, & pellem detraxiſſet, muneris loco Æëtæ dedit, Colchorum tum regi, filiæ cauſsâ. At conſidera, quanta iſtac tempeſtate vellerum fuerit raritas, ut etiam rex in dotem propriæ

θυγατρὸς τὸ κῴδιον λαβεῖν, οὕτω γὰρ μηδενὸς ἀξίαν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ἐνόμιζεν. ἤδη δέ τινες ἵνα τὸν γέλωτα ἐκφύγωσι, χρυσοῦν φασιν εἶναι τὸ δέρμα τοῦτο. εἰ χρυσοῦν τὸ δέρμα ἦν, οὐκ ἐχρῆν τὸν βασιλέα λαβεῖν παρὰ ἀνδρὸς ξένου. λέγεται δὲ, ὅτι καὶ Ἰάσων ἐπὶ τὸ κῴδιον τοῦτο τὴν Ἀργὼ ἔστειλε, καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων. ἀλλ' οὐδ' ὁ Φρίξος οὕτως ἀχάριστος ἦν, ὥστε τὸν εὐεργέτην ἀνελεῖν, οὔτ' εἰ σμαράγδιον ἦν τὸ κῴδιον, * ἐπέπλευσεν ἡ Ἀργὼ δι' αὐτό. τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Ἀθάμας ὁ † Σόλου τοῦ Ἕλληνος, ἐβασίλευσε τῆς Φρυγίας. ἦν δὲ αὐτῷ ἀνὴρ ἐπίτροπος τῶν χρημάτων, ὃν μάλιστα πιστὸν ‡ ἡγεῖτο, ὄνομα Κριός. ὃς αἰσθόμενος τὸν Ἀθάμαντα ἀποκτεῖναι ἐθέλοντα τὸν Φρίξον, δηλοῖ τοῦτο τῷ Φρίξῳ. ὁ δὲ Φρίξος κατεσκεύασε ναῦν, καὶ ἐνέθετο ἐν αὐτῇ χρήματα πάμπολλα, ἐν ᾗ νηὶ ἦν ἡ μήτηρ Πέλοπος. ὄνομα δὲ

---

* ἔδραμεν. † ὁ αἰόλου. ‡ ἡγεῖτο, καὶ πλείστου ἄξιον.

priæ filiæ vellus acceperit, tam parvi filiam ſuam exiſtimans. Nonnulli verò, ut riſum effugerent, auream dixerunt pellem fuiſſe. At ſi aurea fuerit, non oportuit regem illam accipere à viro peregrino, & hoſpite. Addunt etiam, quòd Iaſon Argo navem, & Græcorum optimos, eò miſerit. Sed neque Phryxus adeò ingratus fuit, ut ſervatorem ſui interemerit; & licet ſmaragdium vellus exſtitiſſet, non ad hoc Argo navigâſſet. Verùm ita ſeſe habet veritas. Athamas, Æoli Græci filius, Phrygiæ imperabat; rerúmque ſuarum habebat inſpectorem, quem maximè fidum, & dignum, arbitrabatur, nomine Crium, ſive Arietem. Hic, poſtquam animadvertit, animum Athamanti eſſe Phryxum interficiendi, rem continuò illi ſignificavit; qui navem conſtruxit, ac magnam auri vim impoſuit: intérque alia mater aderat Pelopis Au-

δὲ αὐτῇ, Ἠώς. καὶ αὕτη ἐκ τῶν αὐτῆς χρημάτων εἰκόνα ποιησαμένη χρυσῆν ἐνέθετο. σὺν τοῖς χρήμασι γοῦν ὁ Φρίξον, καὶ Ἕλλην ὁ Κριὸς ἐν ταύτῃ ἐνθεὶς, ᾤχετο ἀπιών. ἡ μὲν οὖν Ἕλλη κατὰ τὸν πλοῦν ἀσθενήσασα, ἀπέθανεν· ἐξ ἧς καὶ Ἑλλήσποντος ἐκλήθη. αὐτοὶ δὲ ἀφικόμενοι εἰς * τὴν Φάρον, κατοικοῦσιν αὐτοῦ. καὶ γαμεῖ Φρίξος τὴν τοῦ τῶν Κόλχων βασιλέως θυγατέρα Αἰήτου, δοὺς ἕδνα τούτῳ τὴν χρυσῆν εἰκόνα τῆς Ἠοῦς: ἀλλ' οὐχὶ δέρμα κριοῦ. οὕτως ἀλήθεια ἔχει.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΦΟΡ-κυνος θυγατέρων.

ΚΑὶ περὶ τούτων πολὺ γελοιότερος φέρεται λόγος, ὡς ὁ Φόρκυν εἶχε θυγατέρας τρεῖς, αἵ τινες ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχουσι, ἀνὰ μέρος ἐχρῶντο. † τούτῳ δὲ ἡ χρωμένη, ἐνετίθει αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ οὕτως ἔβλεπε. καὶ μιᾶς αἰτῶν τῇ ἑτέρᾳ ἀποδι-

* Κόλχους. † τούτων.

rora; quæ ipſa ex pecuniis ſuis auream, quam confecerat, ſtatuam ſecum tulit. Crius itaque cum Phryxo, & Helle, ac divitiis eorum, mare ingreſſus eſt: & Helle quidem, ex navigatione contracto morbo, exſpiravit, atque ab ea nomen Helleſpontus obtinuit. Ipſi verò in Pharum delati, ſedes ibi figunt: ducitque Phryxus uxorem Æëtæ Colchorum regis filiam, in dotem ipſi dans Auroræ ſtatuam auream; non autem vellus arietis. Atque hæc quidem veritas.

DE PHORCYNIS FILIABVS.

ETiam de his ſermo fertur perquam ridiculus; Phorcynem ſcilicet tres filias habuiſſe, quæ inter ſe unum duntaxat oculum habentes, illo viciſſim utebantur. Cujus autem utendi vices eſſent, ſuo illum imponebat capiti, atque ita videbat: & ſic deinceps unâ alteri

ἀποδιδούσης τὸν ὀφθαλμὸν, ἔβλεπον πᾶσαι. ἐλθὼν δὲ ὁ Περσεὺς ὀπίσω αὐτῶν ἐν ἠρεμαίῳ βαδίσματι, κρατήσας τὴν κατέχουσαν τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ ξίφος γυμνώσας, φησὶ δεῖξαι αὐτῷ τὴν Γοργόνα. ἐὰν δὲ μὴ φράσωσιν ἀποκτεῖναι αὐτάς. αἱ φοβούμεναι, φράζουσιν. ὁ δὲ ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, εἰς ἀέρα ἦλθε. καὶ δείξας ταύτην τῷ Πολυδέκτῃ, λίθινον τοῦτον ἐποίησε. καὶ τοῦτο δὲ γελοιότερον, τὸ, ἄνδρα ζῶντα νεκροῦ κεφαλὴν ἰδόντα ἀπολιθωθῆναι. τίς γὰρ δύναμις τοῦ νεκροῦ; ἐγένετο δὲ τοιοῦτόν τι. Φόρκυς ἦν ἀνὴρ Κυρηναῖος. οἱ δὲ Κυρηναῖοι * κατὰ γένος μὲν εἰσιν Αἰθίοπες· οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κυρήνην, ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. ἀροῦσι δὲ Λιβύην † περὶ τὸν Αὔνονα ποταμὸν, καὶ Καρχηδόνα· εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοῖ. ὅς Φόρκυν ἐβασίλευσε τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. εἰσὶ δὲ τρεῖς, καὶ ποιεῖ τετράπηχυ ἄγαλ-

* γένους. † παρὰ τὸν Ἄνωνα

teri oculum præbente, omnes conspiciebant. Perseus autem, cùm à tergo illarum tacito gressu accessisset; eâ, quæ tum oculum habebat, arreptâ, gladióq; stricto, jubet sibi Gorgonem indicari; alioquin se ipsas minatur interfecturum. Illæ metu percitæ produnt eam. Cujus ille capite amputato, in aëra abiit, & Polydectæ ostenso, in lapidem ipsum commutavit. At verò ridiculum hoc, hominem vivum, mortui capite conspecto, in lapidem converti. Quæ enim cadaveris vis est, & potestas? Verùm res ita transacta. Phorcyn vir fuit Cyrenæus: Cyrenæi porrò genere quidem Æthiopes insulam inhabitant Cyrenen, extra columnas Herculis sitam, & Libyam arant apud Aunonen fluvium juxta Carthaginem, auro maximè abundantes. Hic Phorcyn columnas Herculis, tres numero, regno tum possidebat, ibiq; simulacrum ex auro quatuor

ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χρυσοῦν. καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν Κυρηναῖοι * Γοργόνην, ὥσπερ τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδειαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν. ὁ μὲν οὖν Φόρκυς ἀποθνήσκει, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθεῖναι τὸ ἄγαλμα. κατέλιπε δὲ κόρας τρεῖς, Σθενὼ, Εὐρυάλην, καὶ Μέδουσαν. αὗται μὲν γήμασθαι οὐδενὶ ἠβουλήθησαν· διελόμεναι δὲ τὴν οὐσίαν, ἑκάστη μιᾶς ἦρχε νήσου. τῇ δὲ Γοργόνῃ οὔτε ἀναθῆναι τὸ ἱερὸν αὐταῖς ἐδόκει, οὔτε διελεῖν, ἀλλ' ἐν μέρει κατέθεντο ἐναλλὰξ θησαυρὸν ἑαυταῖς. ἦν δὲ τῷ Φόρκυνι ἑταῖρος, καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ, καὶ αὐτῷ ἐν παντὶ πράγματι † ἐχρῶντο ὥσπερ ὀφθαλμῷ. Περσεὺς δ' ἀνὴρ, φυγὰς ἐξ Ἄργους, ἐλῄζετο τὰ κατὰ θάλατταν, ἔχων πλοῖα, καὶ ἰσχύν τινα περὶ αὐτόν. πυθόμενος δὲ ταύτην τὴν Γοργόνα βασίλισσαν εἶναι γυναικῶν, καὶ πολύχρυσον μὲν, ὀλίγανδρον δέ· πρῶτα

* Γοργώ. † ἐχρῆτο

cubitorum Palladi fecit. Palladem autem Cyrenæi Gorgonem vocant, ſicut Thraces Dianam Bendiam, Dictynnam Cretes, Lacedæmonii Vpin. Cæterùm Phorcyn antequam in templo ſimulacrum dedicaret, moritur; reliquit autem virgines tres, Sthenonem, Euryalen, & Meduſam: quæ dum nulli vellent nubere, diviſis facultatibus ſingulæ principatum unius inſulæ obtinebant. Porrò Gorgoni neque templum exſtruere viſum illis, neque inter ſe partiri; ſed in theſaurum viciſſim reponere. Aderat autem Phorcyni ſocius, vir probus, ac bonus, eóque in omni negotio, tanquam oculo utebantur. Interea Perſeus exilio ex Argo ejectus, loca maritima deprædabatur, ſecum navigia habens, & prædonum fortem, ac validam manum. Cúmque didiciſſet, Gorgonem hanc reginam eſſe feminarum, auro quidem divitem, ſed inopem viro-

πρῶτα μὲν ναυλοχεῖ ἐν τῷ πορθμῷ, καὶ μεταξὺ τῆς Κυρήνης, καὶ τῆς Σάρδεων, διαπλέων τὰ παρὰ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν, τὸν ὀφθαλμὸν λαμβάνει. ὧν μία φράζει αὐτῷ, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχει λαβεῖν παρ' αὐτῶν, εἰ μὴ τὴν Γοργόνα. μηνύει τε * αὐτῷ τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ. αὗται οὖν αἱ κόραι, ἐπεὶ οὐκ εἶχον τὸν ὀφθαλμὸν ἐν τῷ μέρει κατὰ τὸν εἰρημένον λόγον, συνήεσαν ὁμόσε, καὶ ᾐτιᾶτο ἑτέρα τὴν ἑτέραν. ὁπότε δὲ † ἐπενοοῦντο μὴ ἔχειν, ἐθαύμαζον τί ἂν εἴη τὸ γεγονός. ἐν τούτῳ παραπλεῖ αὐτοῖς ὁ Περσεὺς, καὶ φράζει ὡς αὐτὸς ἔχει τὸν ὀφθαλμόν. καὶ φησὶ, μὴ ἀποδοῦναι αὐταῖς, ἐὰν μὴ φράσωσιν ὅπου ἐστὶν ἡ Γοργώ. ἐπηπείλει δὲ καὶ ‡ προσκατακτενεῖν μὴ εἰπούσαις. ἡ μὲν οὖν Μέδουσα, οὐ φράζει δεῖξαι. ἡ δὲ Σθενὼ, καὶ Εὐρυάλη ἔδειξαν. τὴν μὲν οὖν Μέδουσαν ἀποκτείνει, ταῖς δὲ ἄλλαις

τὸν

* αὐτοῖς. † ἐπηρνοῦντο. ‡ προσαποκτείνειν.

virorum; in portu primùm statione factâ, inter Cyrenen, ac Sardos obnavigans, & nunc in hanc, nunc illam descendens, eum, qui oculi vice fungebatur, cepit. Harum verò una dixit illi, nihil aliud ab ipsis capiendum esse, præter solam Gorgona; simúlque auri copiosioris fecit indicium. At ipsæ filiæ, cùm oculum pro viribus non haberent, ut suprà dictum; coëuntes inter se altera alteram incusabat. Intelligentes autem penes nullam earum oculum esse, quidnam facti accidisset, mirari. Quo tempore adnavigans Perseus, fassus est se oculum habere; neque redditurum, nisi sibi, ubi Gorgon esset, commonstrarent; additâ quoque comminatione, nisi indicium facerent, continuò ipsas interfecturum. Respondit Medusa, nolle se illam ostendere; cæterùm mox indicârunt Stheno, & Euryale; ac proinde interfectâ Medusâ, oculum duabus

τὸν ὀφθαλμὸν ἀποδίδωσι. λαβὼν δὲ τὴν Γοργόνα καλέκοψεν. ἀπαιτήσας δὲ τριήρη, ἀπέθηκε τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἐπ' αὐτὴν, καὶ τῇ νηῒ ὄνομα ἔθετο Γοργών. ἐν ταύτῃ δὲ * περιπλέων, χρήματα παρὰ τῶν νησιωτῶν εἰσεπράττετο. καὶ τοὺς μὴ διδόντας ἀνῄρει. οὕτω δὴ καὶ τοὺς † Σερίφους ᾔτει προσπλεύσας ἐκείνοις χρήματα· καὶ συναγαγόντων αὐτῶν, ὁ Περσεὺς ᾔει πάλιν εἰς τὴν ἀγοράν· οἱ καὶ ἐκλιπόντες τὴν Σέριφον, ᾤχοντο. προσπλεύσας οὖν πάλιν ὁ Περσεὺς περὶ τὴν ἀπαίτησιν τῶν χρημάτων, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν ἀγορὰν, ἄνθρωπον μὲν οὐδένα εὗρε, λίθους δὲ ἀνδρομήκεις· τοῖς οὖν λοιποῖς τῶν νησιωτῶν ἔλεγεν ὁ Περσεὺς, ἐπειδὰν μὴ παρεῖχον τὰ χρήματα, ὁρᾶτε μὴ ὡς Σερίφιοι, τῆς Γοργόνος θεασάμενοι τὴν κεφαλὴν, ἀπελιθώθησαν· τοῦτο πάθητε καὶ ὑμεῖς.

ΠΕΡΙ

* περιπλέον. † Σεριφίους.

aliis restituit. Gorgonem autem acceptam concîdit, pôstulatâque ab aliis triremi, Gorgonis illi caput imposuit, & navem Gorgona appellavit: qua circumnavigans pecunias ab insulanis exegit, & qui dare recusarent morte affecit. Ita à Seriphiis, quos accessit, cùm nummos petiisset, atque illi contulissent, Perseus iterum hac de caussa in forum venit; sed illi relictâ Seripho discesserunt. Itaque cùm denuo Perseus eò appulisset ad pecunias exigendas, in forum veniens hominem quidem nullum, sed lapides humanæ magnitudinis reperit. Propterea dixit insulanis cæteris: Videte, quomodo Seriphii, quòd pecuniam non exhibuissent, conspecto Gorgonis capite, in lapides conversi sint: idem vos ne patiamini.

ΠΕΡΙ ΑΜΑΖΟΝΩΝ.

Περὶ Ἀμαζόνων τάδε λέγουσιν, ὅτι οὐ γυναῖκες ἦσαν, ἀλλ' ἄνδρες βάρβαροι· ἐφόρουν δὲ χιτῶνας ποδήρεις, ὥσπερ αἱ Θρῇσσαι, καὶ τὴν κόμην ἀνεδοῦντο μίτραις. τοὺς δὲ πώγωνας ἐξυρῶντο,* καὶ διὰ τοῦτο ἐκαλοῦντο πρὸς τῶν πολεμίων γυναῖκες. Ἀμαζόνες δὲ τὸ γένος, μάχεσθαι ἀγαθοὶ ἦσαν. στρατείαν δὲ γυναικὸς οὐδέποτε εἰκὸς γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ νῦν οὐδαμοῦ.

ΠΕΡΙ ΟΡΦΕΩΣ.

Ψευδὴς καὶ ὁ περὶ τοῦ Ὀρφέως μῦθος, ὅτι κιθαρίζοντι αὐτῷ ἐφείπετο τὰ τετράποδα, καὶ τὰ ὄρνεα, καὶ δένδρα. δοκεῖ δέ μοι ταῦτα εἶναι. Βάκχαι μανεῖσαι πρόβατα διέσπασαν ἐν τῇ Πιερίᾳ, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα βιαίως εἰργάζοντο,

* ὡς καὶ νῦν ἔτι διὰ τοῦτο.

DE AMAZONIBVS.

DE Amazonibus narrant, mulieres quidem eas non fuisse; sed viros barbaros. Gerebant autem tunicas talares, quales in more erant feminis Thracibus, ac comam alligabant mitris, barbas radebant, & propterea ab hostibus mulieres vocabantur. Cæterùm Amazones nativâ quâdam indole bello strenui erant. Expeditionem verò mulierum fuisse, quomodo erit verisimile, cùm illa nusquam hodie reperiatur?

DE ORPHEO.

FAbulosus & ille de Orpheo sermo, quòd citharâ ludentem animalia quadrupedia, nec non aves, arborésque sequerentur. Sed hæc mihi quidem sic accidisse videntur. Bacchæ furentes oves discerpebant in Pieria, ac multa alia cùm violenter perpetrâssent, in mon-

ζοντο,* τρεπόμεναί τε εἰς τὸ ὄρος, διέτριβον ἐκεῖ τὰς ἡμέρας. ὡς δ' ἔμειναν οἱ πολῖται, δεδιότες περὶ τῶν γυναικῶν, καὶ θυγατέρων, μεταπεμψάμενοι τὸν Ὀρφέα, ἐδέοντο μηχανᾶσθαι, ὃν τρόπον καταγάγοι αὐτὰς ἐκ τοῦ ὄρους. ὁ δὲ συνταξάμενος τῷ Διονύσῳ ὄργια, κατάγει αὐτὰς βακχευούσας κιθαρίζων. αἱ δὲ νάρθηκας τότε πρῶτον ἔχουσαι, κατέβαινον ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ κλῶνας δένδρων παντοδαπῶν. τοῖς δὲ ἀνθρώποις θαυμαστὰ τότε θεασαμένοις, ἐνεφαίνετο πρῶτον τὰ ξύλα καταγόμενα. καὶ ἔφασαν, ὅτι Ὀρφεὺς κιθαρίζων † ἄγει τὴν ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους· καὶ ἐκ τούτου ὁ μῦθος ἀνεπλάσθη.

ΠΕΡΙ ΠΑΝΔΩΡΑΣ.

Ὁ περὶ Πανδώρας οὐκ ἀνεκτὸς λόγος, ὡς γῆς ἀναπλασθείσης ἀναδοῦναι αὐτὴν καὶ ἄλλοις τὸ πλάσμα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τοῦτο. Πανδώρα γυνὴ ἐγένετο Ἑλλη-

---

* τερπόμεναι. † ἐκ τοῦ ὤρους καὶ τῆς ὕλης ἄγει.

montes ſe recepere, ibique dies aliquot ſunt commoratæ, quas cùm cives diutius exſpectâſſent, malè ſuis uxoribus, & filiabus, metuentes, arceſſitum Orphea rogârunt, ut modum excogitaret, quo ex montibus illas educeret, Is verò Orgiis Baccho inſtitutis, citharam pulſans ad ſe bacchantes pellexit; ipſæque ferulas tum primum, & ramos omne genus arborum habentes, deſcenderunt de monte. Hominibus autem admiranda hæc conſpicientibus, ligna prius deduci videbantur; atque hinc dicebant, Orphea citharæ cantu ex monte ſylvam deducere, hanc dantes cauſſam fabulæ.

DE PANDORA.

NEc tolerabilis ille de Pandora ſermo, illam ex terra formatam aliis quoque ſimilem habitum attuliſſe. Mihi verò ſic videtur. Pandora mulier fuit Græca maximè

Ἕλληνος, μάλιστα πλουσία. καὶ ὅτε ἐξήει, ἐκοσμεῖτο, καὶ ἐχρίετο πολλῇ τῇ γῇ. καὶ τὸ μὲν ἔργον οὕτως ἔχει, ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τὸ ἀμήχανον ἐτράπη.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΙΩΝ γενεᾶς.

Καὶ τί φαυλότερόν ἐστι, τοῦ πρῶτον γένος ἐκ Μελίας γενέσθαι; ἀλλὰ Μέλιός τις ἐγένετο, καὶ Μελίαι ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου, ὥσπερ Ἕλληνες ἀπὸ Ἕλληνος, καὶ Ἴωνες ἀπὸ Ἴωνος. σιδηρᾶ δὲ, καὶ χαλκῆ γενεὰ, οὐδέποτε ἐγένετο.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ Φυλλίτου.

Λέγεται ὡς ἐφ' ἑαυτοῦ εἶχε φύλλα. ὁ οὖν Φυλλίτης· εἰ καὶ ἰδιώτης ὑπῆρχεν ἐπὶ πόη στὰς ἔκυσεν. ὁ δὲ λόγος ἐντεῦθεν ἐλέχθη οὕτως.

mè dives; quæ, quoties prodeundum in publicum, ſpecioſè ſeſe exornabat, factóque ex terra unguento inungebatur. Ita quidem ſe res habuit; ſed ad rem impoſſibilem detorta narratio eſt.

DE FRAXINORVM GENERATIONE.

ET quid ſtultius eſt, quàm primum hominum genus ex fraxino eſſe progenitum? Sed fuit quidam Melius, atque ab eo dicebantur Meliæ feminæ, quemadmodum Hellenes ab Hellene, ab Ione Iones. Ferrea autem, atque ænea generatio, nunquam exſtitit.

DE CLAVA HERCVLIS.

MEmorant illam à ſe folia habuiſſe. Propterea dicta eſt phyllites, ſive foliata; & licet ſeparata eſſet, herbæ tamen adpoſita pullulabat: atque hinc collecta ejuſmodi fabula.

DE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΗΤΟΥΣ.

[a] Περὶ τοῦ Κήτους τάδε λέγεται. ὡς τοῖς Τρωσὶν ἐκ τῆς θαλάττης ἐφοίτα. καὶ εἰ μὲν αὐτῷ δοῖεν κόρας, [b] ἀπήρχετο. εἰ δὲ μὴ, τὴν χώραν αὐτῶν ἐλυμαίνετο, ὡς δὲ μάταιον, τὸ ἄνδρας ἐκτίθεσθαι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας, τίς οὐκ οἶδεν; [c] ἀλλ' ἦν ἀνὴρ βασιλεὺς μέγας, καὶ πολλὴν ἔχων δύναμιν, καὶ ναυτικὸν πολὺ, ὃς κατέστρεψε τὸ παραθαλάσσιον τῆς Ἀσίας ἔλος, ὃ Τρῶες ἐκτῶντο. ἐδίδουν δὲ φόρον, ὅν τινες δασμὸν καλοῦσιν. ἀργυρείοις μὲν οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι οὐκ [d] ἐχρῶντο, ἀλλὰ σκεύεσι. προσέταξε δὲ ὁ βασιλεὺς, ᾧ ὄνομα Κήτων, τῶν πόλεων τινὰς μὲν ἵππους διδόναι, τινὰς δὲ κόρας. τὸν δὲ βασιλέα, ᾧ ὄνομα Κήτων, οἱ βάρβαροι ἐκάλουν κῆτος. [e] περιέπλει δὲ ὁ Κήτων κατὰ τὸν δέοντα χρόνον,

a τὰ δὲ καὶ περὶ τούτου λέγεται. b εἴκοσι ἀπῄει. c ἀλλ' ἦν τοῦτο. ἀνὴρ βασιλεὺς μέν. d ἐτέλουν. e περιέπλει.

DE CETONE.

DE Cetone hæc referuntur: eum è mari ad Trojanos commeare ſolitum, & ſi puellas darent, receſſiſſe; ſin minùs, regionem illorum devaſtâſſe. At quàm inſulſum ſit, viros proſtituere ſuas filias, quis non videt? Sed erat rex magnus, opibus, & præſertim re navali, potens, qui in poteſtatem redegit Aſiæ omnem oram maritimam, quam Trojani tenebant. Solvebant autem illi tributum, quod vectigal nonnulli vocant; neque enim argento tum temporis utebantur homines; ſed ſupellectile tantùm, & utenſilibus. Rex itaque, qui Ceton vocabatur, civitates quidem alias juſſit ſibi equos dare, alias verò puellas. Cæterùm regem, cui nomen Ceton, barbari κῆτος, id eſt, balenam, appellabant. Ceton autem rex juſto tempore cir-

νον, ἀπαιτῶν τὸν δασμόν. τῶν δὲ μὴ ἀποδιδόντων ἐκάκου τὰς χώρας. ἐξέρχεται δὲ εἰς Τροίαν, καθ' ὃν χρόνον καὶ Ἡρακλῆς * ἧκεν, ἔχων στρατιὰν τῶν Ἑλλήνων. μισθοῦται δὲ † τὸν Ἡρακλέα Λαομέδων ὁ βασιλεὺς, ἀρῆξαι τοῖς Τρωσίν. ἀποβιβάσας δὲ τὴν στρατιὰν ὁ Κήτων, ὁδοιπόρει. ὑπαντήσαντες δ' αὐτῷ Ἡρακλῆς, καὶ Λαομέδων, ἀναιροῦσιν αὐτόν. οὗ γενομένου, προσανεπλάσθη ὁ μῦθος.

* ἔχειν στρατιὰν, † αὐτόν.

ΠΕΡΙ ΥΔΡΑΣ.

ΛΈγεται δὲ περὶ Ὕδρας, * ὅτι Λερναῖος ὄφις ἦν, ἔχων πεντήκοντα κεφαλὰς, σῶμα δὲ ἕν. καὶ ἐπειδὴ αὐτῆς ἀνέλοι † κεφαλὴν μίαν, δύο ἀναφύεσθαι. καὶ τὸν Καρκίνον ἐλθόντα, βοηθεῖν τῇ Ὕδρᾳ. τοιοῦτον δ' εἴ τις πείθεται γενέσθαι, μάταιός ἐστι. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Λέρνος ἦν βασιλεύς. ᾤκουν δὲ πάντες οἱ ἄνθρωποι

* τῆς Λερναίας, ὡς ὄφις ἦν. † μίαν Ἡρακλῆς κεφαλήν.

circumivit, tributum exigens, ac ſolvere detrectantium regiones diris affecit; etiam Trojam abiit eâdem tempeſtate, qua cum Græcorum exercitu acceſſerat Hercules, quem in ſubſidium Trojanorum Laomedon rex mercede conduxit. At verò Ceton traducto exercitu viam eſt ingreſſus; quem mox obvii Hercules, & Laomedon, interfecerunt. His ita factis fabula conficta eſt.

DE HYDRA.

HYdram produnt ſerpentem fuiſſe Lernæum, centum capitibus, ſed uno tantum corpore præditum; & in locum deciſi capitis mox duo proveniſſe; Carcinum item adveniſſe, & auxilium tuliſſe Hydræ. Hæc autem ſi quis accidiſſe credit, næ ille inſipidus eſt. Sed res ita ſe habet. Lernus rex fuit eo tempore, quo homines

ποι κατὰ κώμας. ἦσαν δὲ καὶ βασιλεῖς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν χωρίων τούτων. Σθένελος γὰρ ὁ τοῦ Περσέως, εἶχε τὸ μέγιστον καὶ πολυανθρωπότατον, τὴν Μυκήνην· ὁ δὲ Λέρνος οὐκ ἤθελεν αὐτῷ ὑποτετάχθαι. ἐπολέμουν οὖν οἱ δύο διὰ τοῦτο. ἐν δὲ τῇ εἰσβολῇ τῆς χώρας, ἦν τῷ Λέρνῳ πολίχνιόν τι καρτερὸν, καὶ ἐφρούρουν αὐτὸ πεντήκοντα τοξόται ἀνδρεῖοι, οὓς ἐπίεσαν ἐπὶ τῷ πύργῳ ἀδιαλείπτως * νύκτα καὶ ἡμέραν. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πολιχνίῳ Ὕδρα. πέμπει οὖν Εὐρυσθεὺς Ἡρακλέα, † καὶ ἐκπορθεῖ αὐτὸ τὸ πολίχνιον. οἱ δὲ περὶ τῷ πύργῳ ἐπυρπόλουν τοὺς ἐπὶ τῷ πύργῳ τοξότας. ὁπότε δέ τις πληγεὶς πέσοι, ἀνέβαινον δύο τοξόται ἀνθ' ἑνὸς, ἐπειδὰν ἀνδρεῖος ἦν ὁ προανῃρημένος. ἐπειδὴ γὰρ συνείχετο ὁ Λέρνος ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους τῷ πολέμῳ, μισθοῦται ‡ ὀθνεῖον στρατόν. ἦλθε δὲ αὐτῷ ἄγων τὴν στρατιὰν, Καρκῖνος ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, μέγας τὴν

* νύκτας καὶ ἡμέρας. † ἐκπορθήσοντα.
‡ ἐπικούρους καίρας.

mines universi vicatim habitabant. Singulis autem locis erant sui reges; quos inter Stenelus, Persei filius Mycenas, locnm maximum, & hominibus frequentissimum, obtinebat. Cui Lernus cùm subesse nollet, bellum ex his principiis uterque suscepit. In ipso autem aditu regionis, Lerno oppidulum bene munitum fuit, quod custodiebatur quinquaginta strenuis sagittariis, quos dies atq; noctes indesinenter in turrim immittebant. Erat autem oppidulo nomen Hydra. Destinat huc ergo Eurystheus Herculem, qui illud expugnavit. Illi verò, qui subtus erant, ignem manu jaciebant, & dirigebant in defensores turris; quorum si ictus aliquis cecidisset, præsertim strenuus, in locum unius sagittarii duo succedebant. Cùm autem istiusmodi bello ab Hercule Lernus teneretur, militem conduxit externum; venitque cum exercitu Carcinus quidam, militari

robore

τὴν ἰσχὺν, καὶ πολεμικὸς, καὶ σὺν τούτῳ ἀντεῖχον πρὸς τὸν Ἡρακλέα. εἶτα βοηθεῖ ὁ Ἰόλεως ὁ * Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς ὢν τῷ Ἡρακλεῖ, ἔχων στρατιὰν ἀπὸ Θηβῶν. καὶ τὸν πεφυκότα πύργον πρὸς τῇ Ὕδρᾳ προσελθὼν ἐνέπρησε, καὶ σὺν ταύτῃ τῇ δυνάμει ἐπόρθησεν αὐτοὺς ὁ Ἡρακλῆς, καὶ τὴν Ὕδραν ἀναιρεῖ, καὶ τὴν στρατιὰν ἀπόλλυσιν. οὗ γινομένου, ὁ μῦθος ἀνεπλάσθη· καὶ γράφουσι τὴν Ὕδραν ὄφιν, καὶ τὸν μῦθον ἀναπλάττουσιν.

* Ἰφίκλου.

ΠΕΡΙ ΚΕΡΒΕΡΟΥ.

ΛΕγουσι περὶ Κερβέρου, ὡς κύων ἦν, ἔχων τρεῖς κεφαλάς. δῆλον δὲ ὅτι καὶ οὗτος ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκλήθη Τρικάρηνος, ὥσπερ ὁ Γηρυόνης. ἔλεγον δὲ οἱ ἄνθρωποι, καλός τε καὶ μέγας ὁ Τρικάρηνος κύων. † λέγεται δὲ περὶ αὐτοῦ, ὡς Ἡρακλῆς ἐξ ᾅδου ἀνήγαγεν. ἐγένετο δὲ τοιοῦτόν τι. ‡ Γηρυόνῃ περὶ ταῖς

† εἴρηται. ‡ Γηρυόνειοι.

robore, & viribus præſtans, quem Herculi obduxit. Auxilia deinde Herculi tulit Iolaus, Iphicli filius, ejúſque ex fratre cognatus, exercitum habens ex Thebanis. Etiam turrim in Hydra conſtitutam concremavit: atq; hac manu exſuperavit illos Hercules, Hydram delevit, & exercitum internecione cecîdit. His ita factis fabula provênit: qua & Hydram ſerpentem fuiſſe ſcribunt,& fabulam comminiſcuntur.

DE CERBERO.

CErberum canem fuiſſe tricipitem ferunt. Manifeſtum verò & hunc ipſum à civitate dictum Tricarenum, quemadmodum Geryon. In ore itaque omnibus erat, pulcher ille, & magnus canis Tricarenus. De quo etiam memorant, quòd Hercules illum ex inferis deduxerit. Cæterùm ejuſmodi quid factum eſt. Geryon ad

ταῖς βουσὶν ἦσαν κύνες μεγάλαι καὶ νεανικαί. ὀνόματα δὲ ἦν αὐτοῖς τάδε· τῷ μὲν Κέρβερος, τῇ δὲ Ὦρος. τὸν μὲν οὖν Ὦρον Ἡρακλῆς ἐν Τρικαρείᾳ, πρὶν περιελεῖν τὰς βοῦς, ἀναιρεῖ· ὁ δὲ Κέρβερος συνηκολούθει ταῖς βουσίν· ἐπιθυμήσας δὲ τοῦ κυνὸς ἀνὴρ Μυκηναῖος τοὔνομα Μολοττὸς, τὸ μὲν πρῶτον ᾔτει τὸν Εὐρυσθέα * ἀποδοῦναι τὸν κύνα· οὐ βουλομένου δὲ τοῦ Εὐρυσθέως, ἀναπείθει τοὺς βουκόλους, καὶ τὸν κύνα καθειργνύουσιν ἐν τῇ Λακωνικῇ ἐπὶ Ταινάρῳ ἐν σπηλαίῳ τινὶ, καὶ ἀφίησιν αὐτῷ κύνας θηλείας συμβαίνειν. Εὐρυσθεὺς δὲ πέμπει Ἡρακλέα † ἐπὶ ζήτησιν τοῦ κυνός. ὁ δὲ πᾶσαν περιϊὼν τὴν Πελοπόννησον, ἦλθεν ὅπου ὁ κύων αὐτῷ ἐμηνύθη ‡ εἶναι, καὶ καταβὰς, ἀνάγει ἐκ τοῦ ἄντρου τὸν κύνα. Ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι διὰ τοῦ ἄντρου καταβὰς εἰς ᾅδου ὁ Ἡρακλῆς, ἀνήγαγε τὸν κύνα.

ΠΕΡΙ

* ἀποδεδέσθαι τὸν αὐτὸν κύνα. † κατά.
‡ ὑπάρχειν.

coërcendos boves canes habebat magnos, & juvenes; quorum uni Cerberi nomen, alteri Ori inditum. Orum quidem in Tricaria civitate, priusquam boves abigeret, Hercules interemit; & Cerberus boves simul subsecutus est. Hujus autem flagrantissimus vir Mycenæus, nomine Molossus, primùm quidem ab Eurystheo canem illum sibi tradi petiit: quo abnuente, pastores conciliat: hi Cerberum in antro concludunt in Laconica prope Tænarum, atque ad coitum canes fœminas adponunt. Porrò Eurystheus ad investigandum canem Herculem misit; qui peragratâ totâ Peloponneso, tandem ad locum accessit, in quo latitare canis dicebatur; atque in antrum descendens, canem inde abduxit. Proinde dixerunt homines, Herculem, cùm ad inferos per antrum descendisset, canem exemisse.

ΠΕΡΙ ΑΛΚΗΣΤΙΔΟΣ.

Λέγεται μῦθος τραγικώδης, ὡς δὴ μέλλοντός ποτε τοῦ Ἀδμήτου θανεῖν, αὕτη εἵλετο ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον· καὶ Ἡρακλῆς αὐτὴν διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀφελόμενος, καὶ ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ ᾅδου, ἀπέδωκεν Ἀδμήτῳ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδένα ἀποθανόντα δύνασθαί τινα ἀναβιῶναι· ἀλλ' ἐγένετό τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ Πελίαν ἀπέκτειναν αἱ θυγατέρες, καὶ Ἄκαστος ὁ Πελίου ἐδίωκεν αὐτάς, οὐ λαμβάνει μέν. Ἄλκηστις δὲ καταφεύγει εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον, τὸν ἀνεψιὸν αὐτῆς. καὶ καθεζομένη ἐπὶ τῆς ἑστίας, οὐκ * ἐβούλετο Ἄδμητος Ἀκάστῳ ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι. ὁ δὲ πολλὴν στρατιὰν παρακαθίσας ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπυρπόλει αὐτούς· ἐπεξιὼν δὲ ὁ Ἄδμητος, ἔχων καὶ λοχαγοὺς νύκτωρ, συνελήφθη ζῶν. ἠπείλει δὲ Ἄκαστος ἀποκτείνειν

* ἐδύνατο.

DE ALCESTIDE.

CIrcumfertur tragica fabula, quòd cùm Admetus jam morti esset proximus, hæc loco illius mortem elegerit, quódque Hercules, pietate permotus, illam ab inferis ablatam reduxerit, & reddiderit Admeto. Mihi autem videtur, neminem alicui vitam posse restituere semel ademtam. At verò hujusmodi quippiam accidit. Postquam Peliam filiæ suæ occidissent, & filius Peliæ Acastus persequeretur eas, neque tamen ullam comprehenderet; Alcestis ad consobrinum Admetum Pheras profugit; hic verò, domo se sua tenens, deditam eam petenti Acasto tradere noluit. Eapropter magno ille ad urbem exercitu admoto, incendio agros illorum devastavit: atque Admetus de nocte cum ducibus egressus, vivus incidit in manus hostiles: séque eum interemturum Acastus commina-

κλείνειν αὐτόν. πυθομένη δὲ ἡ Ἄλκηστις, ὅτι μέλλει ἀναιρεῖσθαι Ἄδμητος δι' αὐτὴν, ἐξελθοῦσα ἑαυτὴν παρέδωκε. * τὸν οὖν Ἄδμητον ἀφίησιν ὁ Ἄκαστος, ἐκείνην δὲ συλλαμβάνει. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἀνδρεία γε Ἄλκηστις, ἑκοῦσα ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου. τοιοῦτο μέντοι οὐκ ἐγένετο, ὡς ὁ μῦθος φησί. κατὰ † γοῦν τὸν καιρὸν τοῦτον Ἡρακλῆς ἧκεν, ἄγων ἔκ τινων τόπων τὰς Διομήδους ἵππους. τοῦτον ἐκεῖσε πορευόμενον ἐξένισεν Ἄδμητος. ὀδυρομένου δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφορὰν τῆς Ἀλκήστιδος, ἀνακλησάμενος Ἡρακλῆς, ἐπιτίθεται τῷ Ἀκάστῳ, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διαφθείρει, καὶ τὰ μὲν λάφυρα τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ διανέμει· τὴν δὲ Ἄλκηστιν τῷ Ἀδμήτῳ παραδίδωσιν. Ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐντυχὼν Ἡρακλῆς, ἐκ τοῦ θανάτου ἐῤῥύσατο τὴν Ἄλκηστιν. τούτων γενομένων ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

* ΠΕΡΙ

---

* τὸν μέν. † γάρ.

minatus eſt. Alceſtis autem intelligens, ſua de cauſsâ è medio tollendum eſſe Admetum, ſponte egreſſa ſe ipſam obtulit: qua detentâ, Admetum Acaſtus demiſit. Hinc Alceſtis ob virilem animi magnitudinem ab hominibus celebrata, ut quæ ultro mortem pro Admeto oppetiiſſet. Non igitur hoc eo modo, quo fabula habet, evenit. At ſub idem tempus agens ſecum Diomedis equos Hercules advenit; eúmque iter iſtuc inſtituentem Admetus hoſpitio excepit. Deplorante verò fortunam Alceſtidis, Hercules indignabundus cum Acaſto congreditur, exercitum ejus delet, ſpolia Admeti copiis diſtribuit, atque ipſi Alceſtin reducit. Exinde inter mortales ſermo, quòd Hercules fortè ſuperveniens Alceſtin è morte eripuerit. His ita geſtis conficta eſt fabula.

*ΠΕΡΙ ΖΗΘΟΥ.

Ἱστοροῦσιν ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος, ὅτι κιθάρᾳ τὸ τεῖχος τῶν Θηβῶν † ἐτείχησαν, δοκοῦσι δὲ ἔνιοι κιθαρίζειν αὐτοὺς, καὶ τοὺς λίθους ἐπὶ τὸ τεῖχος αὐτομάτως ἀναβαίνειν· τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. κιθαρῳδοὶ οὗτοι ἄριστοι ἐγένοντο, καὶ ἀπεδείκνυντο μισθῷ· ἀργύριον δὲ οὐκ εἶχον τότε οἱ ἄνθρωποι· ἐκέλευον οὖν οἱ περὶ τὸν Ἀμφίονα, καὶ εἴ τις βούλοιτο ‡ ἀκοῦσαι αὐτῶν, ἐρχόμενος εἰργάζετο ἐπὶ τὸ τεῖχος. οὐ μέντοι οἱ λίθοι ἀκροώμενοι ἵσταντο· διὸ λόγως οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἔλεγον λύρᾳ τὸ τεῖχος '' ἐκτίσθη.

* περὶ Ἀμφίονος, καὶ τῆς λύρης αὐτοῦ.
† ἐκτίσθη. ‡ ἀκούειν. '' ἐτειχίσθη.

ΠΕΡΙ ΙΟΥΣ.

Φασὶ τὴν Ἰὼ ἐκ γυναικὸς βοῦν * γεγονέναι, καὶ ἐξοιστρήσασαν, ἐξ Ἄργους διὰ τῆς θαλάσσης εἰς Αἴγυπτον ἀφικέ-

* γενομένην.

DE ZETHO.

MEmorant Hesiodus, & alii, quòd citharæ pulsu Thebana mœnia exstructa sint. Arbitrantur verò nonnulli, illis modulantibus, sponte sua lapides in murum prosiliisse. Sed veritas ita se habet. Citharœdi erant præstantissimi; & licet nulla adhuc tum temporis inter homines pecuniæ esset usura, artem tamen nunquam, nisi mercede, ostendebant. Iusserunt itaque Zethus, & Amphion, ut si quis audiendi desiderio teneretur, manum ædificando muro præberet. Non enim arrectis ad citharam auribus lapides adstabant. Proinde haut injuriâ dictum est, murum lyræ beneficio positum fuisse.

DE IO.

IO ex muliere bovem factam ajunt, œstróque percussam Argis per mare abiisse in Ægyptum.

ἀφικέσθαι. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· Ἰώ, βασιλέως τῶν Ἀργείων ἦν θυγάτηρ. ταύτῃ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως τιμὴν ἔδωκαν, τὸ ἱέρειαν εἶναι τῆς Ἀργείας Ἥρας. αὕτη ἔγκυος * γεγονυῖα, καὶ δείσασα τὸν πατέρα, καὶ τοὺς πολίτας, ἔφυγεν ἐκ τῆς πόλεως. οἱ δὲ Ἀργεῖοι κατὰ ζήτησιν ἐξιόντες, ὅπου ἂν εὗρον, συλλαμβάνοντες, ἐν δεσμοῖς εἶχον. ἔλεγον δέ, ὅτι ὥσπερ βοῦς οἰστρήσασα, διαφεύγει εἰς Αἴγυπτον. ἔνθα ἀφικομένη, τίκτει. ὅθεν ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

* γενομένην.

ΠΕΡΙ ΜΗΔΕΙΑΣ.

Φασὶν ὡς ἀφέψουσα τοὺς πρεσβύτας, νέους ἐποίει· ἐγένετο δὲ τοιοῦτον. Μήδεια πρώτη τοιοῦτον ἄνθος εὗρε, δυνάμενον καὶ λευκὰς ποιῆσαι τὰς τρίχας, καὶ μελαίνας. τοὺς οὖν χαίροντας ἐκ τοῦ πολιὰς ἔχειν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι· πυρίαν οὖν πρώτη Μήδεια ἐξεῦρεν. † ἐπυρία οὖν τοὺς βουλομένους, οὐκ ἐν τῷ προφανεῖ, ἵνα μή τις

μάθῃ

† ἐπυρίαζε γὰρ τὰ σώματα.

Veritas autem hæc eſt. Io Argivorum regis filia erat. Ei hunc cives honorem exhibuere, ut Iunonis Argivæ ſacerdotio præſiceretur. Verùm illa gravida facta, & patrem, civéſque, metuens, fugâ ſeſe è civitate ſubduxit. Argivi ad inveſtigandam ex euntes, inventâ illâ, & vinculis conſtrictâ, dicebant bovis inſtar furioſæ in Ægyptum perfugiſſe. Huc cùm veniſſet peperit, & occaſionem fabulæ dedit.

DE MEDEA.

DE Medea, ut ferunt, homines recoquente, atque ex ſenibus faciente juvenes, res ita accidit. Prima illa ejuſmodi florem invenit, qui & albos reddere capillos, & nigros, poſſet; atque ita qui pro albis nigricantes adamarent, efficiebat ut habere viderentur. Inventis etiam à ſe balneis, caloribus fovebat volentes; non tamen in publico, ne quis medicorum artem

μάθη τῶν ἰατρῶν. ὄνομα δὲ ἦν τῷ * πράγματι, παρέψησις. οἱ γοῦν ἄνθρωποι ταῖς πυελάσεσιν ἐγίνοντο κουφότεροι, καὶ ὑγιεινότεροι. ἐκ δὴ τούτου ὁρῶντες τὴν παρασκευὴν, λέβητας, καὶ ξύλα, καὶ πῦρ, † ἐνόμισαν ὡς ἕψει τοὺς ἀνθρώπους. ὁ δὲ Πελίας, ἄνθρωπος γέρων καὶ ἀσθενὴς, ‡ πυελίᾳ χρώμενος ἐτελεύτησε.

* πυελάματι. † ἐπείσθησαν. ‡ πυελώμενος ἀπέθανε.

ΠΕΡΙ ΟΜΦΑΛΗΣ.

ΛΕγεται ὡς λατρεύει Ἡρακλῆς ταύτῃ· ὁ δὲ λόγος μάταιος. ἐξὸν γὰρ κἀκείνης, καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ, δεσπόζειν. ἐγένετο τοίον δέ τι. Ὀμφάλη ἦν * Ἰορδάνου θυγάτηρ, Λυδῶν βασιλέως. αὕτη ἀκούσασα τὴν ἰσχὺν Ἡρακλέους, προσεποιήθη ἐρᾷν αὐτοῦ. Ἡρακλῆς πλησιάσας, † ἔρωτι ἑάλω αὐτῆς· γεννᾷ δὲ ἐξ αὐτῆς υἱὸν Λαομήδην. ἡδόμενος δὲ αὐτῇ, ἐποίει ὅ, τι προστάττει ἡ Ὀμφάλη. οἱ δὲ εὐήθεις, ὑπέλαβον λατρεύειν αὐτὸν αὐτῇ.

ΠΕΡΙ

* Ἰουρδάνου. † ἐρῶν.

addisceret. Huic rei nomen erat decoctio. Cùm itaque per istiusmodi fomenta agiliores fierent homines saniorésque; viso apparatu, lebetibus scilicet, lignis, & igni, utique cocturam illam veram existimabant. Sed ea similiter usus Pelias, vir senex, & debilis, vitam perdidit.

DE OMPHALE.

HVic serviisse Herculem inepta fabula est; cùm & illi, & omnibus, quæ aderant, potuisset dominari. Sed ita res habet. Omphale filia erat Iordani Lydorum regis; quæ audito Herculis robore, & viribus, ejus se amore captam prodidit. Hercules postquam accessisset, similiter eam deperiit, filiúmque ex illa suscepit Laomedem. Ea propter plurimum ejus amoribus oblectatus, omnia capessere, quæcumque Omphale imponeret: atque hinc servitium colligere stolidi homines, & vesani.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΕΡΑΤΟΣ τῆς Ἀμαλθείας.

Φασὶν ὡς Ἡρακλῆς τοῦτο ἔφερε πανταχοῦ, ἐξ οὗ ἐγίνετο αὐτῷ ὅσα ἐβούλετο· ἡ δὲ ἀλήθεια * οὕτως· Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, καὶ Ἰολάου τοῦ ἀδελφιδοῦ, καταλύει ἐν Θεσπιαῖς ἔν τινι πανδοχείῳ. ἐν ᾧ † ἦν τις γυνὴ καλουμένη Ἀμάλθεια, ὡραία καὶ καλή. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἡδόμενος αὐτῇ, πλείονα χρόνον ‡ ἐξενίζετο. Ἰόλαος δὲ βαρέως φέρων, ἐπινοεῖ τὴν ἐμπολὴν τῆς Ἀμαλθείας ἐν κέρατι κειμένην ἀνελέσθαι. ἐξ ἧς ἐμπολῆς, εἴ τι ἤθελεν ὠνεῖτο τῷ Ἡρακλεῖ. ἔλεγον οὖν οἱ συνέκδημοι, Ἡρακλῆς τὸ κέρας ἔχει τῆς Ἀμαλθείας, ἐξ οὗ ὠνεῖται ὅσα βούλοιτο ἐπ' αὐτῷ. '' ἐξ οὗ ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

ΠΕΡΙ

* ὧδε πῶς ἔχει. † ἐτύγχανε. ‡ ἐπεξενοῦτο. '' ἐκ τούτων οὖν ὁ μῦθος.

DE CORNV AMALTHEÆ.

NArrant, Herculem ubique illud ſecum circumtuliſſe, ex quo quæ vel voto expeteret, illi ſuppeditabantur. Sed rei veritas hæc eſt. Hercules cum in Bœotia peregrinaretur, cum Iolao fratris filio, in Theſpiis in quodam diverſorio divertit; in quo mulier erat ætate juvencula, & formâ admodum ſpecioſa, nomine Amaltheæ. Hujus amore correptus Hercules, pluſculum cum ea temporis tranſmiſit; quod Iolaus ægre ferens, reconditas in cornu Amaltheæ facultates auferre excogitat, unde, ſi quid vellet, Herculi emebatur. Ea propter ab itineris ſociis dici cœptum, Herculem cornu Amaltheæ habuiſſe, atque ex eo nactum eſſe, quidquid ſibi commodi exoptaret. Hinc cauſſa fabulæ, & origo.

NAR-

ΠΕΡΙ ΥΑΚΙΝΘΟΥ διήγημα.

Ὑάκινθος Ἀμυκλαῖον ἦν μειράκιον, ὡραῖον καὶ καλόν· εἰς τοῦτον εἶδε μὲν ὁ Ἀπόλλων, εἶδε δὲ ὁ Ζέφυρος. καὶ ἄμφω κατείχοντο τῇ μορφῇ, καὶ φιλότιμος ἦν ἀφ' ὧν εἶχεν ἑκάτερος. ἐτόξευε μὲν ὁ Ἀπόλλων, ἔπνει δὲ ὁ Ζέφυρος. μέλη μὲν ἦν τὰ παρ' ἐκείνου δὲ ἡδονή· φόβος δὲ τὰ παρὰ τούτου καὶ ταραχή· ῥέπει πρὸς τὸν δαίμονα τὸ μειράκιον, καὶ Ζέφυρον ὑπὸ ζηλοτυπίας ὁπλίζει πρὸς πόλεμον. μεταταῦτα ἦν γυμνάσια τῷ μειρακίῳ, καὶ τιμωρία παρὰ Ζεφύρου. δίσκος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ἐκείνου διακονήσας, ὑπὸ τούτου μὲν ἀφεθεὶς, ὑπ' ἐκείνου δὲ ἐνεχθείς. καὶ ὁ μὲν, ἐτεθνήκει. τὴν γῆν δὲ οὐκ ἦν ἔρημον ὑπομνήματος ἀφεῖναι τὴν συμφορὰν, ἀλλὰ τὸ ἄνθος ἀντὶ τοῦ μειρακίου γίνεται, καὶ τοὔνομα δέχεται. λέγουσι δ' ὅτι καὶ τῆς προσηγορίας

NARRATIO DE HYACINTHO.

HYacinthum, adoleſcentem Amyclæum, formâ pariter, & ætate florenti, tum Apollo reſpexit, tum etiam Zephyrus, ambo pulchritudinem ejus depereuntes, & ambitioſi quo certamine alter alteri puerum præriperet. Sagittis quidem jaculabatur Apollo; ſpirabat Zephyrus: ab illo carmina proveniebant, & voluptas; ab hoc autem metus, & perturbatio. Itaque ad Deum inclinat adoleſcens. Zephyrum præ zelotypia ad bellum armat. Deinceps exercitia manebant juvenem, & vindicta à Zephyro. Diſcus erat ad interitum ejus inſerviens; qui ab hoc quidem emiſſus, ab alio verò impulſus, mortem attulit Hyacintho. Videbatur autem indecorum terræ, tantæ calamitatis memoriam deleri, quare pro adoleſcente florem produxit, idémque nomen indidit; cujus principium

είας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον.

ΠΕΡΙ ΜΑΡΣΥΟΥ διήγημα.

Ὁ Μαρσύας ἀγροῖκος ἦν· γίνεται δὲ οὗτος μουσικός. ἐμίσησεν Ἀθηνᾶ τοὺς αὐλοὺς, ὡς οὐκ ὀλίγον γὰρ ἀφῃροῦντο τοῦ κάλλους. ἡ πηγὴ τὴν εἰκόνα δεξαμένη, τὸ συμβὰν ἐδίδαξεν. οὕτω δὲ ἐῤῥιμμένων τῶν αὐλῶν, ὁ Μαρσύας ὑφίσταται. προσάπτει οὖν τοῖς χείλεσιν ἀνελὼν αὐτοὺς ὁ ποιμήν· οἱ δὲ ᾖδον θείᾳ δυνάμει, καὶ ἄκοντος τοῦ χρωμένου. τέχνην ὁ Μαρσύας ἐνόμισεν εἶναι τὴν δύναμιν· καὶ χωρεῖ μὲν κατὰ μουσῶν, χωρεῖ δὲ κατὰ Ἀπόλλωνος· λέγων, οὐδὲ θέλειν εἶναι λοιπὸν, ἂν μὴ πλεονεκτήσῃ τοῦ δαίμονος. ἐν ἐκείνῃ τῇ φιλονεικίᾳ νικᾶται, καὶ τὸ δέρμα μετὰ τὴν ἧτταν ἐκδύεται. εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ, Μαρσύας ὄνομα τῷ ποταμῷ· καὶ ἔλεγον οἱ Φρύγες, ὅτι τὸ ῥεῦμα τοῦτο ἐξ αἵματός ἐστι τοῦ Μαρσύου.

pium foliis esse inscriptum, narrant.

DE MARSYA HISTORIA.

MArsyas cum esset rusticus, hac ratione Musicus evasit. Odio cœpit habere suas tibias Minerva, tanquam non parum pulchritudini, & formæ, adimentes; ut à fonte, qui imaginem illius receperat, fuerat edocta. Projectas itaque sic tibias Marsyas suscipit, & sublatas labris pastor applicat: eæque, residuâ adhuc divinâ vi, etiam invito illo, qui utebatur, recinebant. Cæterùm hanc virtutem Marsyas suæ arti adscribens; & Musas aggressus est, & Apollinem; vivere se amplius nolle dicens, nisi in tali certamine Deum exsuperâsset. Sed in ista contentione victo cutis per summos artus est direpta. Vidi ipse in Phrygia fluvium, cui Marsyas nomen; quem ex Marsyæ sanguinem profluxisse Phryges contendebant.

ΠΕΡΙ ΦΑΩΝΟΣ.

Τῷ Φάωνι βίος ἦν, περὶ πλοῖον εἶναι καὶ θάλατταν. πορθμὸς ἦν θάλασσα. ἔγκλημα δὲ οὐδὲν παρ' οὐδενὸς ἐνομίζετο· ἐπεὶ καὶ μέτριος ἦν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων μόνον ἐδέχετο, θαῦμα ἦν τοῦ τρόπου παρὰ τοῖς Λεσβίοις. ἐπαινεῖ τὸν ἄνθρωπον ἡ θεὸς (Ἀφροδίτην λέγουσι τὴν θεὸν) καὶ ὑποδῦσα θέαν ἀνθρώπου γυναικὸς ἤδη γεγηρακυίας, τῷ Φάωνι διαλέγεται περὶ πλοῦ. ταχὺς ἦν ἐκεῖνος καὶ θεραπεῦσαι, καὶ διακομίσαι, καὶ μηδὲν ἀπαιτῆσαι. τί οὖν ἐπὶ τούτοις ἡ θεός; ἀμεῖψαί φασι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀμείβεται νεότητι καὶ κάλλει τὸν γέροντα. οὗτος ὁ Φάων ἐστὶν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησε.

ΠΕΡΙ ΛΑΔΩΝΟΣ διήγημα.

Ἔδοξε τῇ γῇ, Λάδωνι τῷ ποταμῷ πρὸς συνουσίαν ἐλθεῖν. καὶ ἐπεὶ συνῆλθον ἀλλήλοις, κύει μὲν ἡ γῆ, τίκτεται δὲ ἡ Δάφνη· φιλεῖ δὲ ἐκείνην ὁ Πύθιος,

De Phaone.

PHaon circa navigia,& anguſtias maris, victum exercuit: neque in hoc offecit cuipiam, quoniam & æquus eſſet,& ab iis duntaxat mercedem exigeret, qui ſolvendo videbantur. Hic mos admirationi cœpit eſſe Lesbiis,atque à Dea(Venerem eam vocant) laudari Phaon; quæ habitu induta mulieris vetulæ, rogat Phaonem, ſecum trajiceret. Ille dictum factum, & ſervire paratus erat,& transvehere, & portorii nihil exigere. Quid itaque his Dea repoſuit? Dicitur illum ex ſene juvenem,& formoſum feciſſe. Hic ille Phaon eſt, in cujus amorem Sappho ſæpe carmen cecinit.

De Ladone Narratio.

TErræ viſum fuit cum Ladone fluvio ad coitum deſcendere; & poſtquam ſeſe miſcuere, concepit quidem terra, & Daphnen peperit; eámque Apollo dilexit, &

verba

καὶ ῥήματα τὴν ἐραστοῦ πρὸς κόρην. ἀλλ' ἡ Δάφνη τὴν σωφροσύνην ἐφίλει. διώκειν οὖν ἔδει, καὶ ἐδιώκετο. πρὶν δὲ ἀπειπεῖν ἐν τῇ φυγῇ, παρακαλεῖ τὴν μητέρα αὐτῆς, πάλιν αὐτὴν εἴσω ποιῆσαι, καὶ τηρῆσαι οἷα γεγένηται. ἡ μὲν οὖν ὧδε ἐποίει, καὶ τὴν Δάφνην εἶχεν ἐν ἑαυτῇ· κατὰ δὲ τὸ μέρος ἐκεῖνο, εὐθὺς ἀνεπήδα φυτόν· καὶ παρεμπεσὼν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ ἔρωτος ὁ Θεὸς, οὐκ εἶχεν ὅπως ἀποστῇ τοῦ φυτοῦ. ἀλλ' αἵ τε χεῖρες ἀνελαμβάνοντο, καὶ ἡ κεφαλὴ τὸ λοιπὸν ἐκοσμεῖτο. λέγεται δὲ καὶ ὁ τρίπους οὐκ ἄνευ τῆς δάφνης ἱδρύσθαι, κατὰ Βοιωτίαν, ἐπὶ τοῦ χάσματος.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΣ.

Ἀργεῖοι πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγοῦνται· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πανήγυριν αὐτῇ τεταγμένην ἄγουσιν·

verba cum illa habuit amatoria. Sed caſtitatem tuente Daphne, perſecutione ôpus videbatur; quam mox inſtituit. Priuſquam verò interdiceret quidquam in fuga, matrem invocavit, ut ſeſe rurſum intra ſe reciperet, ac ſervaret talem, qualem antea genuiſſet. Illa quidem precibus morem geſſit, atque in ſe filiam continuit: inque ea parte continuò planta proſiliit; in cujus amplexus ob amoris vehementiam ruens Apollo, nullis machinis reſiſtere potuit naſcenti arbori; ſed manus illius jam continebantur arbore, ac caput tandem frondibus ornabatur. Dictum quoque eſt, tripoda in Bœotia juxta antrum ſine lauro conſtitui non potuiſſe.

DE IVNONE.

IVnonem Deam ſibi tutelarem exiſtimant Argivi, atque ea propter feſtum in honorem ejus inſtitutum

σιν· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑορτῆς, ἅμαξα βοῶν, τὸ χρῶμα λευκῶν. ἀπὸ δὲ τῆς ἁμάξης εἶναι δεῖ ἱέρειαν. οὕτω γὰρ ἔχειν ἄχρι τοῦ νεώ. τὸ δὲ ἱερὸν, ἔξω τοῦ ἄστεος. ἧκεν οὖν ποτε ὁ χρόνος φέρον τὴν ἑορτήν. ὁ δὲ νόμος, ἀπὸ τῶν βοῶν οὐκ ὄντων, ἐχώλυεν. ἀλλ' ἐσοφίσατο τὴν ἀπορίαν ἡ ἱέρεια, μήτηρ οὖσα νεανίσκων, ἀντὶ βοῶν τῷ σχήματι γενομένων. ἐπεὶ τοίνυν τὸ παρὰ τῶν βοῶν, παρὰ τῶν παίδων ἐγένετο, στᾶσα κατὰ τὸ ἄγαλμα, μισθὸν ἀπῄτει τοῦ πόνου. καὶ ἔδωκε, φασὶν, ἡ θεός· ὕπνος ἦν ὁ αὐτὸς, καὶ τοῦ βίου πέρας γενόμενος.

Τέλος, τοῦ περὶ ἀπίστων Ἱστοριῶν
Παλαιφάτου, χρησίμου
συντάγματος.

tutum celebrant; cujus apparatus erant juncti boves, corpore albi. Eo in curru considere oportebat sacerdotem, & sic ad campum usque provehi: erat enim templum extra urbem. Advenit ergo quondam tempus celebrandi festi, quo bobus non præsentibus mos claudicaret; sed animadvertit penuriam sacerdos, mater adolescentum, bovis tum munia exsequentium. Postquam igitur, quod à bobus fieri debuerat, à filiis esset peractum; consistens ad statuam, pretium laboris poposcit; idque à Dea ferunt persolutum, somnum scilicet, & vitæ finem.

Finis utilis Commentarii Palæphati de Incredibilibus Historiis.

PALÆPHATI
FRAGMENTA
DVO

Ex Fastis Siculis, sive Chronico Alexandrino.

ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΕΦΕΥΡΗΣΕΩΣ ΚΟΓΧΥΛΗΣ.

Ex Chronico Alexandrino.

ἘΝ δὲ τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ Φοίνικος ἦν Ἡρακλῆς, ὁ φιλόσοφος, ὁ λεγόμενος Τύριος, ὅστις ἐφεῦρε τὴν κογχύλην. * ἐωριζόμενος γὰρ ἐπὶ τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρου πόλεως, ἴδε ποιμενικὸν κύνα ἐσθίοντα τὴν λεγομένην κογχύλην, ὅπερ ἐστὶ μικρὸν εἶδος θαλάσσιον κοχλιῶδες, καὶ ποιμένα νομίζοντα αἱμάσσειν τὸν κύνα λαβόντα ἀπὸ προβάτου πόκον ἐρέας, καὶ καταμάσσοντα τὸ καταφερόμενον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ κυνός, καὶ βάπτοντα τὸν πόκον. ὁ δὲ Ἡρακλῆς προσεσχηκὼς μὴ εἶναι αὐτὸ αἷμα, ἀλλὰ βάμματος παράξενου ἀρετὴν, ἐθαύμασεν. καὶ γνοὺς, ὅτι ἐκ τῆς κογχύλης ἐστὶ τὸ βάμμα τοῦ πόκου, εἰληφὼς ἐκ τοῦ ποιμένος τὸν πόκον, ὡς

* αἰωρούμενος.

PALÆPHATI

DE INVENTIONE PVRPVRÆ.

Interprete MAT. RADERO.

TEmpore autem Phœnicis fuit Tyri Hercules philoſophus, cognomento Tyrius, qui purpuram invenit. Nam in littore Tyrio obambulans, paſtorium vidit canem, qui oſtreum (quod conchylis dicitur, parvúmque genus eſt teſtudinis marinæ) mandebat, & paſtorem; qui, quòd canem putaret ſanguinare, lanæ vellere ab ove rapto exterſit quod ab ore canis profluebat, vellúſque tinxit. Hercules verò cùm obſervâſſet id non eſſe ſanguinem, ſed peregrini alicujus vim liquoris; ilicet obſtupuit, & cùm ex conchyli ſuccum illum velleris expreſſum ſciret, ac-

ὡς μέγα δῶρον, τοῦτον προσήγαγε τῷ βασιλεῖ τοῦ Τύρου Φοίνικι. καὶ ἐκπλαγεὶς καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ θέᾳ τῆς ξένης χροιᾶς τοῦ βάμματος, θαυμάζων τὴν αὐτοῦ εὕρησιν, ἐκέλευσεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ βάμματος τῆς κογχύλης βαφῆναι ἐρέαν, καὶ γενέσθαι αὐτῷ περιβόλαιον βασιλικὸν, καὶ ἐφόρεσεν αὐτὸς πρῶτος περιβόλαιον ἐκ πορφύρας. καὶ πάντες ἐθαύμασαν τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα, ὡς ξένην θέαν. καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Φοίνιξ, μηδένα ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ὄντα τολμᾷν φορεῖν τὴν αὐτὴν ἐνάρετον ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης οὖσαν φορεσίαν, εἰμήτι αὐτὸν, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν βασιλεύοντας τῆς Φοινίκης, διὰ τὸ γινώσκεσθαι τὸν βασιλέα τῷ στρατῷ, καὶ παντὶ τῷ πλήθει ἐκ τῆς θαυμαστῆς καὶ παραξένου φορεσίας. πρώτην γὰρ οὐκ ἐγίνωσκον οἱ ἄνθρωποι βάπτειν χροιὰς ἱματίων, ἀλλὰ τὰς τῶν προβάτων ἐρέας, οἷαι καὶ ἦσαν, ἐποίουν ἱμάτια, καὶ ἐφόρουν. καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐγνωρίζοντο τῷ ὑπηκόῳ πλήθει οἱ βασιλεῖς. λοιπὸν, οὐ κατὰ τὸν τόπον βασι-

λεῖς,

ceptâ à paſtore lanâ, illam Phœnici, regi Tyriorum, magni loco muneris detulit; qui & ipſe attonitus novi & inuſitati coloris adſpectu, ejúſque inventione, juſſit vellus liquore purpuræ, ſeu conchylis imbui, ſibique regiam inde veſtem fieri, primúſque ipſe purpuratam chlamydem geſtavit; quam veſtem regiam, velut peregrinum quid, & inuſitatum ſpectaculum, omnes obſtupuêre. Rex deinde Phœnix mox edicto cavit, ne quiſquam ex ſibi ſubjectis cultum è terræ mariſque theſauro collatum affectaret, præter ipſum regem, & regis ſucceſſores: atque hoc, uti reges à populo, atq; exercitu, ex novo hoc & admirando geſtamine noſcerentur. Nam prius haut nôrant mortales veſtium colores, ſed ex ovium vellere, quale quale illud erat, veſtes conficiebant, & geſtabant, neque facile principes à populo ſecernebantur. Cæterùm alii paſſim im-

λεῖς, εἴτοι ῥῆγες, καὶ τοπάρχαι ἀκηκοότες τούτῳ. οἱ μὲν περιβόλαια, οἱ δὲ φίβλας, καὶ μαντεῖα ἐπενόησαν ἑαυτοῖς πορφυραῖα, ἢ ῥούσαια βάπτοντες τὰ ἀπὸ βοτανῶν καὶ ἐφόρουν διὰ τὸ γινώσκεσθαι τῷ ἰδίῳ πλήθει, καθὼς Παλαίφατος ὁ σοφώτατος ἐξέθετο.

ΠΕΡΙ ΣΙΔΗΡΟΥ, ΤΙΣ πρῶτος ἐφεῦρεν.

Ex eodem Chronico.

Ὁ δὲ αὐτὸς Ἥφαιστος ἀπὸ μυστικῆς τινὸς εὐχῆς τὴν ὀξυλάβην ἐδέξατο ἐκ τοῦ ἀέρος, εἰς τὸ κατασκευάζειν ἐκ σιδήρου ὅπλα. ὅθεν καὶ ἐπικρατὴς σιδήρου ηὑρέθη εἰς τοὺς πολέμους. ἀπεθέωσαν οὖν αὐτὸν ὡς σωφροσύνην νομοθετήσαντα. καὶ τροφὴν ἀνθρώποις διὰ κατασκευῆς ὅπλων εὑρηκότα, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις δύναμιν καὶ σωτηρίαν ποιήσαντα. πρὸ γὰρ

peratores, regésque, & dynastæ, haut obsequentes erant huic legi. Nam alii indumenta, alii fibulas aureas, & idola sibi purpurea, aut russea, ex herbarum succis expresso colore, sibi comparabant, ferebántque, uti populo perspicui essent; quemadmodum sapientissimus prodidit Palæphatus.

DE PRIMO FERRI INVENTORE.

Interprete MAT. RADERO.

IDem Vulcanus divino quodam carmine, seu precatione, opifex ingenium, & fabrile è cœlo, uti è ferro arma fabricare posset, impetravit. Vnde & ferri domitor ad usum belli inventórque est habitus. Consecratus ergo inter Divos ob continentiæ legem, & quod mortalibus per armorum fabricationem victûs parandi rationem ostenderit, virtutémque bellicam, & salutem comparavit. Ante illum quip-

αὐτοὺς ῥοπάλοις καὶ λίθοις ἐπολέμουν· μετὰ δὲ τελευτὴν Ἡφαίστου, ἐβασίλευσεν Αἰγυπτίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὀνόματι Ἥλιος, ἡμέρας δυοζʹ. ὡς εἶναι ἔτη ιβʹ, μῆνας γʹ, ἡμέρας δʹ. οὐ γὰρ εἴδησαν οἱ Αἰγύπτιοι τότε ἢ ἄλλον τινὰ ἀριθμὸν ἐν τῷ ψηφίζειν, ἀλλὰ τὰς περιόδους τῶν ἡμερῶν εἰς ἔτη ἐψήφιζον. οἱ γὰρ τῶν ιβʹ μηνῶν ἀριθμοὶ, μετὰ ταῦτα ἐπενοήθησαν, ἐξότε ὀνομάσθη ὑποτελεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσιν. ὁ δὲ αὐτὸς Ἥλιος βασιλεὺς, ὁ υἱὸς τοῦ Ἡφαίστου, ἦν φιλόσοφος δυνατὸς, ὅστις ἐδιδάχθη παρά τινος, ὡς γυνή τις Αἰγυπτία, τῶν ἐν ὑπορίᾳ καὶ * ἐξιαουσῶν παρ᾽ αὐτοῖς, ἐρῶσά τινος ἐμοιχεύετο ὑπ᾽ αὐτοῦ. καὶ ἀκούσας ὁ Ἥλιος, ἐζήτησεν αὐτὴν πιάσαι διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἡφαίστου νομοθεσίαν, ἵνα μὴ λυθῇ. καὶ λαβὼν στρατιώτας ἐκ τοῦ ἰδίου στρατοῦ, μαθὼν τὸν καιρὸν τῆς μοιχείας αὐτῆς, ὅτι

* ἀξίᾳ οὐσῶν.

quippe clavis tantùm, & ſaxis, pugnabant. Mortuo Vulcano regnum ſuſcepit Ægyptiorum Sol Vulcani filius, illúdque rexit dies ſeptem & ſeptuaginta ſupra quater millenos quadringenos; qui annos conficiunt XII, menſes III, dies IV. Nam Ægyptii aliam putandi tum temporis rationem ignorabant, omnium enim unius diei orbita definiebant. Duodenum verò menſium numerum tum demum deſcripſerunt, cùm vulgò mortales regibus vectigales haberi cœperunt. Sol autem Vulcani filius, rex, eximius erat philoſophus, qui monitus à quodam, feminam eſſe Ægyptiam, copiis & opibus florentem, quæ amet quempiam, quicum adulterii conſuetudinem habeat. Quod Sol cùm intellexiſſet, pœnam ab ea ſtuduit exigere, propter legem à patre latam, ne antiquaretur. Delectis ergo militibus ex omnibus copiis ſuis, cùm tem-

ὅτι γίνεσθαι ἔμελλεν νυκτὸς, ἐπιῤῥίψας αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς μὴ ὄντος αὐτόθι, εὗρεν αὐτὴν μετ᾽ ἄλλου καθεύδουσαν τοῦ ἐρωμένου παρ᾽ αὐτῆς. ἣν τινα εὐθέως καταγαγὼν ἐπόμπευσεν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ τῆς Αἰγύπτου τιμωρησάμενος αὐτήν. καὶ γέγονε σωφροσύνη μεγάλη ἐν τῇ γῇ τῆς Αἰγύπτου. κἀκεῖνον δὲ τὸν μοιχὸν ἀνεῖλεν, καὶ ηὐχαριστήθη· περὶ οὗ ἱστορεῖ ποιητικῶς Ὅμηρος ποιητής. ὡς ὁ ἥλιος, φησὶν, ἤλεγξεν τὴν Ἀφροδίτην συμμιγνυμένην νυκτὸς Ἄρει. Ἀφροδίτην δὲ ἐκάλεσεν τὴν ἐπιθυμίαν τῆς πορνείας τοῦ ἡλίου βασιλέως ἐλεγχθεῖσαν. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὡς προγέγραπται, Παλαίφατος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο.

ΤΈΛΟΣ.

pus, quo per noctem committi adulterium ſolebat, explorâſſet; abſente viro in ædes irrupit, illámque cum amaſio cubantem offendit, detractam per totam duci Ægyptum juſſit, gravitérque in illam animadvertit; unde in Ægypto cæteri caſtè vivere didicere, mœcho etiam morte mulctato. qua re magnam ab Ægyptiis gratiam iniit: de quo Homerus poëta poëtico more narrat, quaſi diceret, Venerem à Sole cum Marte noctu cubantem fuiſſe proditam. Venerem verò peccandi libidinem, ſeu deſiderium voluptatum à Sole reprehenſum, appellavit. Rem autem, uti expoſita eſt, ſapientiſſimus ille Palæphatus literis conſignavit.

FINIS.

Cornelii Tollii
AD
PALÆPHATUM
NOTÆ.

CORNELII TOLLII
AD
PALÆPHATUM
NOTÆ.

PAg. 2. Οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγίνοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν.] Codex ſcriptus Londinenſis, quem ſingulari beneficio mihi ſuppeditavit columen literarum Claudius Salmaſius, habet: οὐ γὰρ ὀνόματα μόνον ὑπῆρξε, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδείς. Lego particulâ ſolum commutatâ, εἰ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγίνοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν.

Pag. 4. Ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τῶν συγγραφέας, Μέλισσον, καὶ Λάμισκον τὸν Σάμιον, ἐν ἀρχῇ λέγοντας, ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσται.] Rectius MS. ἔστιν ἃ, καὶ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσται. Cùm docere velit Palæphatus, non aliam fuiſſe

fuiſſe rationem antiquiorum temporum, quàm ſuæ ætatis; ſimilem adducit ſententiam Meliſſi, & Lamiſci Samii, ſcribentium, quæ in primordio ſunt, & fuerunt, etiam fore in poſterum. Vir toto orbe celebratiſſimus, cui animum ac ſumma ſtudia debeo, Gerardus Ioannes Voſſius, ſcripſiſſe putat, ἔστι νῦν, ἃ ἐγένετο, καὶ ἔσται. Et veriſſimè docet, Meliſſum hunc, qui multas poëtarum fabulas ad naturæ ſcientiam revocavit, eſſe Euboicum; ac citari à Fulgentio libro ſecundo cap. de Leda & Cygno: *Iupiter*, inquit, *in cygnum converſus dicitur, quòd ferant Phyſiologi, quàm maximè Meliſſus Euboicus, qui omnium Phyſiologorum ſententias diſputavit, hujus generis avem ita convitiis eſſe plenam, ut, ipsâ ave clamante, reliquæ aves taceant, quæ præſto fuerint.* Hic ipſe Meliſſus à Suida notatur voce Γεννητική, ubi ſic ſcribit: ὅτι Μέλισσος ᾤετο τὸ μὴ γενόμενον οὐκ ἔχειν

ἔχειν ἀρχήν. Ψεῦδος δέ ἐστι. πολλὰ γὰρ ἀγεννητα ὄντα ἀρχὰς ἔχει. *Melissus verò putabat, id, quod non erat natum, non habere principium. Hoc verò falsum est. Multa enim, quæ non sunt generata, principium habent.* Diversus ab hoc fuit Melissus, Parmenidis auditor, patriâ sive Samius, juxta Laërtium; seu Milesius, ut in Therapeuticis ait Theodoretus. Alius item est ille Melissus, ex quo multa se hausisse Plinius fatetur lib. VII c. X, XI. Mentionem Samii Lamisci, præter auctorem nostrum, nullibi reperio.

Ibid. Ἀπελθὼν δὲ καὶ πλείστας χώρας] Malim ἐπελθὼν, ut in fine est præfationis, ἐπελθὼν καὶ ἱστορήσας.

Ibid. Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς] Apertius mavult loqui codex vetus; περὶ κενταύρων φασὶ, ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς, ταύτην δὲ ἀνδρός. Vno verbo dixe-

dixeris, ἵπποι τε ὄντες ἀκέφαλοι, καὶ ἄνθρωποι ἄποδες. Vnde dictum illud prodiit feſtivum, ὅτι ἐν τῇ τῶν ἱπποκενταύρων φύσει ἵππος μὲν ἀπερδύγεται ἄνδρα, βροτὸς δὲ ἀποπέρδεται ἵππον. Centauri ſtatuam, quam vidit in Dianæ Epheſiæ templo, deſcribit nobis Calliſtratus; ejúſque ſimilem effigiem legere eſt apud Pauſaniam in Eliacis, & Lucianum in Zeuxide.

Pag. 6. Οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου, καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία.] In ſcripto eſt, οὔτε ἄλλως αἱ φύσεις σύμφωνοι ἵππου καὶ ἀνδρός. Apud Apoſtolium, Palæphati deſcriptorem, cent. XI pro τροφὴ, μορφὴ legitur; & placet. Eadem eſt ſententia & Lucretii, & Heracliti; cujus item libellum περὶ Ἀπίστων nobis dedit vir Græcè Latinéque eruditiſſimus, Leo Allatius: δύο γὰρ διηλλαγμένας φύσεις εἰς ἓν συνελθούσας, ἀδύνατον ζωογονηθῆναι, καὶ τραφῆναι. *Naturæ ſiquidem diverſæ, ſi in unum coaleſcant,*

alescant, fieri nequit, ut vivant, aut alantur:

Ibid. Ὡς εἴ τις συνέλοιτο τοὺς ταύρους] Et hîc, & in Apostolio legero ἀνέλοιτο.

Ibid. Ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι] Peccant sanè graviter, qui usum equorum celetum nonâ Olympiade à Centauris institutum existimant. Si enim sub Ixione, Thessaliæ rege, fuerunt isti juvenes ἐπινοοῦντες ἵππους κέλητας διδάξαι; somniâsse profectò oportet, qui hos ad Olympiadas rejecêre. Ixionis autem ætatem cognoscere est ex Eusebio, bellum Centaurorum cum Lapithis referente ad tempora Ægei Atheniensis, & Atrei ac Thyestæ, regum Mycenæorum; nempe duabus generationibus ante Trojæ excidium, quod tot ante initium Olympiadum annis accidit. Nihil propterea ambigendum est, quin frequens equorum singularium usus obtinuerit etiam ante bel-

bellum Trojanum; quamquam in Onomaſtico diſſentiat Iulius Pollux. Primùm igitur ſub hoc rege Theſſali iſti juvenes invenêre artem equitandi, ac mox imitati ſunt Græcorum alii. Nonnulli etiam putant, Ixionem regni gloriam primum affectâſſe, ac propterea conquiſiviſſe ſibi centum equites, dictos centauros, quaſi centum armatos. In ea ſententia apud Fulgentium lib. II. eſt Democritus: ut pro *Democrides* rectè corrigo ex Mythologo anonymo, inedito, viri celeberrimi, & egregii, Iſaaci Voſſii. Scriptor ille recentior eſt Fulgentio, à quo multa, ut & Servio, deſumſit; multo verò antiquior Albrico Philoſopho, & magis Boccacio; qui ex eo multa ſunt mutuati. Sunt, qui parum ſciviſſe videntur, quis ſit equus κέλης, quis *deſultorius*; ac planè pro uno eodemque habuêre, cùm tamen diſcriminis ſint manifeſti.

Si-

Simulac viderimus περὶ κέλητος, res tota erit aperta, uti & error ſecus ſcribentium. Euſtathius in Iliad. α. de Centauris agens, ait cum Palæphato: ἐνομίσθησαν δὲ σύνθετοι ἐξ ἵππων καὶ ἀνδρῶν, διότι ἁρματηλατεῖν ἀφέντες, κελητίζειν ἐπετηδεύσαντο, ἤγουν ἀζύκτοις ἵπποις ἐποχεῖσθαι. Alibi κέλης eidem dicitur, ἵππος ἄζυξ, ὁ κατὰ μόνα ἐλαυνόμενος; & apud alios reperias, ὁ καταμόνας ἵππος, μονάτωρ, μόνιππος. Latinè *ſingularem* dixeris, vel ſimpliciter *celetem*; quam vocem Plinius uſurpat. Et flocci eſt, quod in Suetonii Iulium Marcellus Donatus opponit, *ſingulare* ſcilicet tantum dici Latinis pro *excellenti*. Nam ſingularem non tantùm ſolum κέλητα vocârunt; ſed etiam ipſum equitem, qui unum agitat, vel uno ſedet equo: & iidem fuêre equites *ſingulares*, qui Græcis κελητίζοντες, ut videre eſt apud Hyginum in Gromatico, & in veteribus inſcriptio-

ptionibus. Cujusmodi est hæc Romana in domo Rufini, apud Gruterum:

D. M.

T. AELIVS. RVFINVS. EQ. SING. DN. TVR. MATERNI. KASTR. PRIORIB. NAT. PANN. VIX. ANN. L. MIL. ANN. XXIII. MES. X. DIES. XX. IVLIVS. MATERNVS. ET. TITIVS MARCELLVS. MARCELLVS. FRATER. EIVS. PAGAN. HER.

Item hæc apud eundem:

M. AVR. M. F. PAP.
LVCILIO. POETOVION.
EX. SINGVLARIBVS. IMP.
LEG. I. ADIVT. LEG. II. &c.

Horum posterioribus temporibus alii erant *sellarii*, vel *selliferi*, ut vocârunt medii ævi Latini; alii *nudi*, qui nullam in dorso sellam gerebant, ad celeriorem usum in bellis. Leviter ergo corrigendus Bourdinus

nus in Ariſtophanis Θεσμοφ. quo loco hæc omnia adſtruuntur: καὶ γὰρ κέλης σημαίνει τὸν μόνον ἵππον, καὶ ἐπὶ τούτου φερόμενον, τὸν σελλάριον, καὶ γυμνόν. Contrarium κέλητος erat ξυνωρὶς, duo equi conjuncti, qui Latinè *bigarii*. Si verò duo celetes copularentur, non conſtituebant illi τὴν ξυνωρίδα; ſed vocabantur ἀμφιπποι, ζεύξιπποι; Romanis *deſultorii*, à deſiliendo ex feſſo in validum. Equites, qui duobus junctis equis ibant, uno interim ſedentes, & in alterum dum currerent, aut pugnarent, ſæpiſſimè tranſilientes, idque alternis & per vices, *deſultores* vocabant, Græcè μεταβάτας, παραβάτας, etiam ζευξίππους. Propertio *Vertumnos* video nominari lib. v. El. I:

Eſt etiam aurigæ ſpecies Vertumnus, & ejus,
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Non puto, cuiquam dubium jam

 eſſe

esse posse, quin malè consentiat M. Donatus cum Panuinio, Ligorio, Erizzio, equos *desultorios*, vel *desultores* accipientibus pro *singularibus* & *celetibus*: quo in errore etiam est vir doctus in notis ad Pindari Olymp. Od. 1. scriptam Ἱέρωνι Συρακουσίῳ κέλητι, *equo celete victoriam adepto*. Desultorii autem equi non solùm bini semper fuêre; sed terni etiam & quaterni, & seni, qui tamen ab uno simul desultore agitabantur. De quaternis apud Homerum est Ὀδυσσ. ο.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς,
Ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους, (κεί.
Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ δίω-

Vt autem cum vir equis desultoriis uti bene sciens,
Qui postquam ex multis quatuor congregavit equos
Impellens ex campo magnam ad civitatem agitat.

Ne-

Neque tamen hoc τέθριππον ἀνδὰ ἅρματος vocare possumus ἁμίππους, ut nonnulli scribunt. Non enim quos Græci ἁμίππους vocârunt, videntur iidem esse ac desultores. Duo quidem simul juncti equi fuêre: non tamen unus eques eos agebat, sed duo equites, ut me ex Eustathio docuit Vir Incomparabilis Claudius Salmasius. Sic apud eum Pausanias hanc vocem exponit: ἅμιπποι, ἵπποι ἐζευγμένοι χωρὶς δίφρου, κληθέντες οὕτω, ὅτι ἐπὶ δύο κέλητας ἀνέβαινον ὁ μὲν ἡνιοχῶν, ὁ δὲ ὁπλίτης. Videmus in ἁμίπποις, duos equos esse junctos, quorum altero sedebat rector, vel auriga, qui utrumque regebat; in altero vehebat eques armatus, & solum pugnabat. Contrà in desultoriis bini similiter equi currebant, sed unus eques modò hunc, modò illum inscendebat, de altero in alterum inter currendum transiliens. Etiam senos numero fuisse equos desultorios

rios moneor à Floro lib. III. c. III. de Teutoboco, quem ait, *quaternos senosque equos transilire solitum, vix unum cum fugeret adscendisse.* Ab equis translatum hoc vocabulum ad naves, & κέλης Latinè *celes* vel *celox*, parvum est navigii genus, quod uno tantum remorum ordine agebatur. Xenophonti, ut & Thucydidi, κέλης ὑπηρετικὸς eadem est, quæ Livio & Cæsari *navis actuaria.* Apud Suidam in plurali κελῆρες legitur dialecto Æolica; pro quo Vir Doctissimus Æmylius Portus κέλητες putabat reponendum. Sed fortean diutius hic morati sumus: quare ad reliqua transeamus.

Pag. 8. Ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντουν] Sequentia ita se habent in veteri codice: οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶν ταύρων, οὐδὲ γὰρ πρόσεστιν ἵππου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου, τὸ ὄνομα ἔλαβον. Fortassis non displicebit, si hoc pacto locus constituatur. καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐνθεῦθεν ἔλα-

ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντουν. οὐδὲν γὰρ πρόσεστι ταύρου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα. * ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. Omissæ enim videntur duæ, aut plures voces, quales hæ, ταύρων δὲ ὄνομα, aut similes. Vt dixerit Palæphatus, Centauros vocatos esse, quod efferatos tauros stimulis interfecissent. Nihil enim tauri centauris inesse, sed talem formam, quæ & equum & hominem repræsentaret. Tauri nomen à peracto opere promanâsse.

Ibid. Ὑβρισταὶ ὑπῆρχον καὶ ὑπερήφανοι] Posterior vox deest in MS. Ab ista insolentia centaurorum κενταυρικῶς dicimus ἀντὶ τοῦ ἀκόσμως καὶ ὑβριστικῶς; ac *centaurorum more, centaurico ritu*, hoc est, *fero* & *agresti*.

Pag. 10. Οὕτω δὲ ἀπερχομένων αὐτῶν, ἵππων οὐραὶ, καὶ ἀνθρώπων κεφαλαὶ μόνον ἐφαίνοντο] Similem sensum verbis planè diversis effert MS. ἡμέρας γὰρ ὄντων αὐτῶν κατόπιν τὰ νῶτα, αὐτοῖς (lego τοῖς) πόῤῥωθεν

ὁρῶσι μόνον ἐφαίνοντο τοῦ ἵππου τὰ λοιπὰ, πλὴν τῆς κεφαλῆς· τῶν δ' ἀνδρῶν τὰ λοιπὰ πλὴν τῶν σκελῶν. Eustathius ait: καὶ ἁρπάζοντες, εἶτα φεύγοντες, καὶ κατὰ νώτου βλεπόμενοι, ἐφάνταζον τοὺς πολλοὺς, ὡς ἐξ ἡμισείας εἰσὶν ἄνθρωποι ἐγκεκεντρισμένοι ἵπποις. *Bonis direptis, fugientes deinde, atque à tergo conspecti, imposuerunt multis, ut mediam partem homines inserti equis essent.*

Ibid. Ἐρασθῆναι ζῷον ἕτερον ἑτέρου.] Quasi verò non satis apertè dictum sit, clarius sensum explicat MS. ἐρασθῆναι ζῷον ἕτερον ἑτέρου μὴ ὁμοίως ἔχοντας μήτρας τοῖς αἰδίοις. lego ἔχοντος vel ἔχον τὰς μήτρας τοῖς αἰδοίοις. Hoc ipsum opponit Agatharcides libro de mari rubro: περὶ τούτους Πασιφάην μὲν ταύρῳ, Τυρὼ δὲ ποταμῷ μίγνυσθαι, περὶ οὐδὲν γένος τὴν εὐνὴν ἐχούσας ἀλλόφυλον. *Adde Pasiphaën cum tauro, & Tyro cum fluvio rem habere, cùm tamen ad nullum diversæ naturæ genus lectum subeant.*

Ibid. Ταῦρος δ' οὐ δοκεῖ μοι βοῒ ξυ-

λίνῃ

λίνῃ ἀναμιχθῆναι.] Addit rationem interpolator; πάντα γὰρ τὰ τετράποδα ζῶα ὀσφραίνεται τῶν αἰδίων (l. αἰδοίων) τοῦ ζώου περὶ τῆς μίξεως, καὶ οὕτως ἀναβαίνει ἐπὶ αὐτά.

Ibid. Θηρευθῆναι ὑπὸ Κερδὸς τοῦ Πανδίονος] Corrigendum esse ὑπὸ Προκρίδος τῆς Πανδίονος rectè obſervat doctiſſimus Leopardus Emend. lib. VII, cap. XXIV. In ſcripto legitur, τεθηρευθῆναι ὑπὸ Προκρίδος τῆς Πανδίονος ἐπὶ τῷ κυνιδίῳ, καὶ τῷ ἀκοντίῳ ἐγκέφαλον. Corruptè. Ex hiſtoria autem colligere eſt corrigendum eſſe ἐπὶ τῷ κυνιδίῳ καὶ τῷ ἀκοντίῳ γε Κεφάλου; ut ſcilicet in mercedem curationis acciperet canem velociſſimum Lælapum, ac telum illud ἰθυβόλον Cephali, hoc eſt, quod poſtea Cephali fuit, præſumtivè. Nam, uti apud Pollucem eſt, canem iſtum dono primum Iovi dedit Vulcanus, Iupiter Europæ, Europa Minoi, Minos Procridi, Procris deinde marito Cephalo.

 Cum

Cum igitur Minos pro virili ſemine ſerpentes & alia venenata animalia vulvis earum, cum quibus rem habebat, injiceret; Procris eum liberavit hoc morbo, quo Paſiphaës artibus magicis erat devinctus. Hunc cruciatum ex pudendis hoc loco intelligi, non video quod cujuſquam animum facere dubium poſſit. Apollodorus bibliothecæ lib. III: καὶ Πρόκρις φωραθεῖσα ὑπὸ Κεφάλου, πρὸς Μίνωα φεύγει. ὁ δὲ αὐτῆς ἐρᾷ, καὶ πείθει συνελθεῖν. εἰ δὲ συνέλθοι γυνὴ Μίνωϊ, ἀδύνατον ἦν αὐτὴν σωθῆναι. Πασιφάη γὰρ, ἐπειδὴ πολλαῖς Μίνως συνηυνάζετο γυναιξὶν, ἐφαρμάκευσεν αὐτόν· καὶ ὁπότε ἄλλη συνηυνάζετο, εἰς τὰ ἄρθρα ἐφίει θηρία· καὶ οὕτως ἀπώλλυντο. *Et Procris à Cephalo deprehenſa, ad Minoëm confugit. Hic ejus etiam amore correptus eſt, ejuſque concubitum impetrat. At ſi mulier hæc cum Minoë concubuiſſet, nulla potuiſſet ratione ſervari. Nam Paſiphaë, quod cum multis mulieribus Minoëm rem habere*

habere non ignorabat, eum veneficiis infecit; ut quoties ſecum alia cubaret, in illius artus (malim, pudenda) *viperæ irruerent immanes: eumque in morem Paſiphaë pellices diſperdebat.* Idem ſenſus, ſed verbis planè tranſpoſitis eſt apud Antoninum Liberalem: Πρόκρις δὲ καταλιποῦσα τὸν Κέφαλον ὑπ' αἰσχύνης, ᾤχετο φεύγουσα παρὰ Μίνωα τὸν βασιλέα τῶν Κρητῶν. καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις καὶ σκορπίους ἢ σκολυπένδρας, εἰ γένοιντο παῖδες. ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν, καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. Locum ſanari poſſe oſtendit mihi magnus Salmaſius, ſi luxata loco verba in ſua membra redeant. Sic igitur illa conſtituenda: καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο παῖδες αὐτῷ. Ὁ γὰρ Μίνως ὄφεις καὶ σκορπίους ἢ σκολοπένδρας οὔρεσκεν, καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. Verto, *& oſtendit modum, quo liberi illi naſceren-*

tur. *Minos enim ſerpentes & ſcorpios & ſcolupendras emiſit; ac moriebantur mulieres, quibuſcum conſueſcebat.* Toto hîc cælo aberrat interpres Antonini, Gulielmus Xylander. Hoc ergo pacto conciliaveris Liberalem cum iis, quæ habet Apollodorus; καὶ ὁπότε ἄλλῃ συνηυνάζετο, εἰς τὰ ἄρθρα ἐφίει θηρία. Vbi ἄρθρα ſunt loci muliebres, ut & in illa locutione legis Atticæ de mœchis, qui deprehendebantur ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντες.

Ibid. Νεανίας εὐειδὴς, ὀνόματι Ταῦρος] MS. νεανίας κάλλει διαφέρων. Meminit & Tauri hujus Plutarchus in Theſeo, atque eum ait belli ducem fuiſſe, & duris hominem moribus, quique ſeverè ac duriter habuiſſet Athenienſium liberos. Servius in VI Æn. & alii, ſcribam vel notarium fuiſſe Minois putant, cum quo Paſiphaë in domo Dædali concubuit; & quia geminos peperit, unum de Minoë, alium de Tauro, enixa eſſe Minotaurum dicitur.

Pag.

Pag. 14. Διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι] Locum hunc ſic expreſſit interpolator. διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι· ἐξετάζων οὖν τὸ ἀκριβὲς, ἐπέγνω ὡς ἐκ τοῦ ταύρου ἐστὶ τὸ γεννηθέν.

Ibid. Διὰ τὸ δοκεῖν ἀδελφὸν εἶναι τῶν ἑαυτοῦ παιδῶν] Ea propter Ariadne apud Catullum, ubi ſe à Theſeo relictam queritur, germanum vocat Minotaurum:

Certè ego te in medio verſantem turbine leti
Eripui, & potius germanum amittere (crevi,
Quam tibi fallaci ſupremo in tempore deêſſem.

Similiter Hyginus c. XLII. *Theſeus poſteaquam Cretam venit, ab Ariadne Minois filia eſt adamatus; adeo ut fratrem proderet, & hoſpitem ſervaret. ea enim Theſeo monſtravit Labyrinthi exitum.*

Ibid. Ὑπάρχειν τοῖς ποιμέσι] Apoſtolius habet ὑπάρχῃ; codex ſcriptus, ὅπως αὐξηθεὶς ὑπάρχῃ.

Ibid. Ἔνθα ὄντος τοῦ ταύρου] Μινωταύρου

ταύρου Apostolius. Interpolator prorsus aliter: ἔνθα ὄντι αὐτῷ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον εἰσέβαλον πρόβατα καὶ αἶγας, καὶ ἔζη σιτούμενος. ὁπότε δὲ Μίνως ἄνθρωπον ἐβούλετο τιμωρήσασθαι, τούτῳ καθειργμένῳ ἐν τῷ οἰκήματι εἰσέπεμπε, καὶ οὕτως ἀνηρεῖτο.

Ibid. Παρὰ τὸν ταῦρον ἐπέμπετο] Itaque impii etiam & malefici Minotauro objecti. Atheniensium liberi annui, ad Minotaurum dirigendi, utrum septem tantum fuerint, an quatuordecim, variant antiqui. Virgil. VI Æn.

——— tum pendere pœnas
Cecropidæ jussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum.

Et paullo ante Servius: Minos *pœnam hanc statuit, ut singulis quibusque annis septem de filiis suis edendos Minotauro mitterent.* At suppleo ex inedito fabulatore, qui hæc ex Servio descripsit, *septem de filiis & septem de filiabus suis.* Nam sic paullò infra in ora-

oraculo ἄῤῥεν καὶ θῆλυ νέμητε. Similiter Catullus,

Electos juvenes simul & decus innuptarum.

Et Plutarchus missos ait ἠϊθέους ἑπτὰ καὶ παρθένους τοσαύτας.

Ibid. Τὸν Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν] M S. ἄνδρα πολέμιον λαβὼν ὁμοίως ἤγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον, Sponte sese Thesea obtulisse referunt Catullus, Plutarchus, & omnes ferè mythologi. Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XVII, ex Pherecyde ait, Thesea, cum in Cretam ad Minotaurum duceretur, vovisse pro salute atque reditu suo Ἀπόλλωνι οὐλίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι οὐλίᾳ. Vnde suspicor in oraculo illo de persolvenda pœna cædis Androgeoneæ, quod suis in Catullum notis inducit vir Illustris, Iosephus Scaliger, pro ἵλαος esse legendum οὔλιος. Oraculum istiusmodi est:

Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἤνπερ ἑαυτῶν

Σώματ᾽ ἀπὸ κλήρου ἄῤῥεν καὶ θῆλυ νέμητε

Μίνωϊ εἰς ἅλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν

Τῶν ἀδίκων ἔργων. οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

Ac confirmant quidem hanc conjecturam ea quæ paulò ſupra dixit Macrobius: *Eundem deum* (Apollinem) *præſtantem ſalubribus cauſſis* οὔλιον *appellant, id eſt, ſanitatis auctorem.* Vbi & ex Menandro diſcimus (ſic enim pro *Mæandrio* legendum) Mileſios Ἀπόλλωνι οὐλίῳ pro ſalute ſua immolare. Idem Strabo lib. XIV: Οὔλιον δὲ Ἀπόλλωνα καλοῦσι τινὰ καὶ Μιλήσιοι καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν, καὶ παιονικόν. τὸ γὰρ οὔλειν ὑγιαίνειν. ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ οὐλὴ, καὶ

Οὖλέ τε, καὶ μέγα χαῖρε. ——

Ibid. Δι᾽ οὗ ὁ Θησεὺς ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον] Quaſi verò ubique id eſſet neceſſe, coronidem adponit interpolator: τοιοῦτε δὴ τοῦ συμβάμματος γινομένου, καὶ ἐπὶ τὸ μυθῶδες οἱ ποιη-

ποιηταὶ τὸν λόγον ἐξέτρεψαν. Ita quidem ablatum à Theſeo eſt miſtum illud genus, ut cum Marone loquar, biformis proles, Veneris nefandæ monumentum. Sed tamen apud Hyginum eſt fab. xxx, Herculis opera enarrantem: *Taurum, cum quo Paſiphaë concubuit, ex Creta inſula Mycenas vivum adduxit.* Atqui taurus, ut hic & paſſim videmus, à Theſeo in labyrintho eſt interfectus; quâ ergo ratione potuit Hercules eum Mycenas adducere? Verùm Herculis & Theſei geſta ſæpiſſime confunduntur, quod genere propinqui, & conſobrinis nati, alter alterius veſtigiis inſiſteret, & ſic Herculeæ laudis æmulus Theſeus, alter Hercules vocaretur. In antiquiſſimo & pleno bonæ frugis gloſſario, quod eſt inter ἀνέκδοτα Celeberrimi Iſaaci Voſſii, *Geminos* reperio dici, quia rebus geſtis fuêre pares: Δίδυμοι Ἡρακλέως καὶ Θησέως, ἐπειδὴ ὁμοιοτρόποις ἀθλήμασιν

ἐγγύον-

ἐγένοντο. Solenne adhæc veteribus erat, omnes viros ſtrenuos & excellentes *Hercules* nominare: atque ut eſt apud Tacitum, *quidquid ubique magnificum eſt, in claritatem Herculis referre conſenſimus.* Hinc differentes illæ hiſtoricorum ſententiæ, utrum unus duntaxat exſtiterit Hercules, an plures. Herodotus duos memorat, Olympium & Græcum; Diodorus Cretenſem, Ægyptium & Thebanum; Ægyptium, Tyrium, ac Græcum, Arrianus, & Euſebius. Atque in hunc modum interpretanda eſſe arbitror verba iſta Hygini.

Pag. 16. Ἀνθρώπους σαίνουσι] Et tamen credit Pauſanias in Bœoticis, Actæonis canes, furore, non Deæ inſtinctu, percitos, in quemvis obvium, adeoque ipſum Actæonem, impetum feciſſe.

Ibid. Ἀνεῖλόν τινες] lego κύνες. MS. ὡς Ἄρτεμις αὐτὸν ἔλαφον ἐποίησεν, καὶ οὕτως ἀνεῖλον αἱ κύναις. De

canum

canum iſtorum nominibus verſus aliquot anonymi poëtæ adfert Apollodorus lib. III; ſed mancos maximè & corruptos. Lucem iis attulit Ioſephus Scaliger; quæ tamen ipſa, quod ſciam, nondum vidit lucem. Præſtabo Illuſtri Viro hoc officium, ne quidquam illius tenebris aut ſitu depreſſum lateat. Talis itaque eſt ipſius emendatio, quam in ora ſui libri adſcripſerat.

Δὴ νῦν καλὸν σῶμα περίσταδον, ἠΰτε θηρός
Τοῦδε διάσπαντο κύνες κρατεροί. *πέλας ἅρπυια πρώτη,
Μετὰ ταύτην ἄλκιμα τέκνα.
Δυγκεὺς καὶ *βαιὸς πόδας αἰνετός. ἠδ' ἀμάρυνθος.
Καὶ οὓς ὀνομαστὶ διηνεγκέως κατέλεξε.
Καὶ τότε Ακταίων ἔθανεν Διὸς ἐννεσίῃσι.
Πρῶτοι γὰρ μέλαν αἷμα πίον σφετέροιο ἄνακτος
Σπαρτός τ' οὖν, Ἀργός τε, Βόρης τ' αἰψηροκέλευθος,

Τοιδ'

Τοῖσδ' Ἀκταίων@ πρῶτοι φάγον αἷμά τ' ἔδαψαν.

Τὲς δ' μετ' ἄλλοι πάντες ἐπέσσυθεν ἐμμεμαῶτες.

Ἀργαλέων ὀδυνῶν ἄκος ἔμμεναι ἀνθρώποισι.

Quantum hæc diſtent à vulgatis codicibus, facile animadvertet is, qui utramque lectionem contulerit.

Ibid. Ἔτρεφε κύνας πολλὰς] MS. ἔτρεφε ἀεὶ κύνας θηρευτικὰς πολλάς. Et ſtatim pro ἀγαθοῦ πράγματ@ habet τῶν δὲ αὐτοῦ πραγμάτων. Sed nihil puto mutandum.

Ibid. Αὐτουργοὶ πάντες ἦσαν] Thracibus contrarium morem fuiſſe teſtatur Herodotus lib. v. quibus ἀργὸν εἶναι κάλλιστον· γῆς δ' ἐργάτην ἀτιμότατον.

Pag. 18. Διεφθάρη ὁ βί@] MS. ἐφθάρη. Varro in Ephebo περὶ ἐμμονῆς: *Crede mihi plures dominos cervi comederunt, quàm canes. quod ſi Actæon occupâſſet, & ipſe prius ſuos canes*

canes comedisset, & non nugas saltatoribus in theatro fieret.

Ibid. Πορνοβόσκων δυστυχήσεις εἰώθασι λέγειν] Locus corruptus; quem sic emendo: ἐπείπερ καὶ νῦν πορνοβόσκον δυστυχῆ εἰώθασι λέγειν, ὅτι ὑπὸ τῶν πορνῶν κατεβρώθη. Codex scriptus hæc omittit, & simpliciter legit: δείλαιος Ἀκταίων ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν κατεβρώθη. τοιοῦτον δή τι καὶ τὸ κατὰ τὸν Ἀκταίωνα.

Ibid. Καὶ περιουσίαν πλείστην κεκτημένων] MS. aliter; περιουσίαν οὕτω κτωμένων, τουτέστι τῇ αὐτουργίᾳ.

Pag. 28. Ἕως τὰ αὐτοῦ ἀπώλεσε] Nempe equos alere, iisque vehere, signum erat opulenti luxus, ut est apud Æschylum in Prometheo.

——Ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους
Ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.

Spartæ si quid dirum alicujus opibus vellent imprecari, putabant sufficere, si equos illum alere solummodo juberent. Scholiastes Aristo-

stophanis in Nubibus: δοκεῖ γὰρ δαπανηρὸν εἶναι, ἵππους τρέφειν. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν καθάρας ἔθεσαν μέρει. Herodotus lib. VI volens indicare splendorem opulentiamque Miltiadis Cypseli, ait illum oriundum ἐξ οἰκίης τεθριπποτρόφου, ex familia quadrijuges equos alente.

Ibid. Ανδροφάγους ὠνόμασαν] Alii exponunt dictos fuisse hominovoros equos Diomedis, quod peregrinos cum turpissimis filiabus rem habere coactos interficeret: videlicet filias, à viris subactas, equas appellantes. Et convenient hæc libidinibus Thressarum; quibus mos erat tabernariis blanditiis allicere prætereuntes, καὶ ἁρπάζειν ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας, ut de iis loquitur Theophrastus περὶ Κακολογίας. Quapropter eas esse fugiendas, tanquam Sirenibus ipsis pejores, monet Simonides lib. I. Epigrammatum.

Ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ ληϊστικὰ τῆς
Ἀφροδίτης
Φθέγγεο. Σειρήνων αὐδὲ γὰρ ἐχθροτέ-
ραι.

Ipſum autem Diomedem Centaurum vocat Albricus Philoſophus, ſive alius, qui de imaginibus Deorum librum ex Fulgentio confecit; cujus partem exiguam publico dedit Hieronymus Commelinus; ſed integro uſus ſum in ædibus Voſſianis. Verba ſunt: *Octava Herculis victoria ſcribitur, qua & alium Centaurum, nomine Diomedem, mactavit; qui hoſpites advenas benigne recipiebat, & illis laute miniſtrabat, vinoque condito inebriebat; dumque gravi ſomno eſſent oppreſſi, illos occidebat, & equabus ſuis in paſtum præbebat. Quo comperto, illuc Hercules acceſſit, & Centaurum clavâ peremit, ipſumque in paſtum iiſdem ſuis appoſuit equabus. In qua notatur, qualiter virtus omnem malitiam ſuperat, & eadem pœna punit iniquum, in quo deliquit.* Ita legen-

gendum juxta codicem manu exaratum. Vocat hic Diomedem Centaurum, vel quod fuerit equis usus ad morem Thessalorum; vel, & id forte verius, quod esset ληστής.

Ibid. Περὶ Ὠρίωνος] Totam hanc fabulam iisdem planè verbis ex Euphorione citat Homeri Scholiastes, nullâ factâ mentione Palæphati: ac video quoque in scripto codice omissam esse.

Ibid. Ὑριεὺς Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης] Mira nominis Hyriei apud fabulatores variatio. Germanicus Cæsar & Iulius Hyginus in Astronomico *Erythrea* eum appellant: *Aristomachus autem dicit, Erythrea quendam voto petisse, ut filium haberet.* Vbi quoque malim legere *Aristonicus*; ut intelligatur Aristonicus ille Tarentinus, laudatus Ptolomæo Hephæstionis in nova historia. qui ex eo retulit, dimidium caput hydræ aureum fuisse. Meminit ejusdem Servius, & alii. Paullò post idem

idem Germanicus ex Nigidio *Musæum Bistoniorum regem* nominat. Apud Hyginum item *Byrseum* pro *Hyrea* legas: cui & rex vocatur, cum Ovidio in Fastis sit *angusti cultor agelli*. Servius in 1 Æn. *OEnopionem* vocat Orionis patrem. Et quid reliquorum de hoc nomine lusus referam?

Ibid. Φιλοξενώτατος δὲ] Vnde ξεινοδόκος vocatur Nonno Dionysiacῶn ιϛ, & malè Ἐρλῆ@.

Ibid. Φιλοφροσύνην ὑποδεξάμενοι] Rectiùs ἀποδεξάμενοι.

Ibid. Τὴν τοῦ ἱερουργηθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν] Mercurio soli immolatum bovem Hyginus tradidit: *Mercurius de tauro, quem Hercules Ypseo ei immolârat, corium protulit.* Pro *Ypseo* haut dubiè legendum *ipse ei.* Sed quis hîc locus Herculi? Eximiæ eruditionis, & comtissimi vir ingenii, Ioannes Fredericus Gronovius, corrigendum putabat, *quem Hyrieus ipse eis immolârat.* Et certè

certe verosimile videtur, facili errore ex Hyrieo Herculem librarios conflâsse.

Pag. 22. Διὰ τὸ οὐρῆσαι ὥσπερ τὸν θεούς] Omnino legendum διὰ τὸ οὐρῆσαι ὡς σπέρμα τοὺς θεούς. Consentit cum auctore nostro Etymologus: Ὠρίων κατὰ τροπὴν τοῦ ου εἰς ω ἀπὸ τοῦ Οὐρίων. ἔστιν ἀπὸ ἱστορίας ἀπὸ τοῦ οὐρῆσαι τοὺς θεοὺς ἐν τῇ βύρσῃ, καὶ γενέσθαι αὐτόν. Eustathius in Il. Σ. de nominis etymo etiam aliter conjicit εἴτε παρὰ τὸ οὐρῆσαι τὸ τοῦ μύθου ὁ Ὠρίων Δωρικῶς ἐτυμολογεῖται, εἴτε παρὰ τὴν ὥραν Ιωνικῇ ψιλώσει, εἴτε παρὰ τὸ ὀαρίζειν, ὡς Οαρίων, καὶ κατὰ κρᾶσιν Ὠρίων, quemadmodum Ιάων Ιάων@ & Ιαωνίδες, pro Ιῶν.

Ibid. Λέγεται ὡς ὁ Κάδμος, ὥς φασιν, ἀποκτείνας] In veteri codice Palatino est, Λελέγεται ὡς ὁ Κάδμος ὄφιν ἀποκτείνας. In Londinensi verò, quem ab aliquo interpolatum esse, nihil dubii, λόγος τις ἀρχαῖος λέγεται &c.

Ibid.

Ibid. Τὸν ἐν Λέρνῃ δράκοντα] Hyginus fontem vocat Caſtalium; Apollodorus ſimpliciter κρήνην; alii Thurium, & Aretiaden. Ab Iſaacio Tzetze in Lycophronem appellatur δράκων φύλαξ τῶν τῆς Δίρκης ὑδάτων ὑπάρχων. Et paullò infra de Dracone hæc ſubjungit: ἐγω δέ φημι τὸν δράκοντα τοῦτον λῃστὴν εἶναι, ἢ τοπάρχον· ἐπιθέσθαι δὲ θύοντι τῷ Κάδμῳ, καὶ ἀνελεῖν τινας τῶν φίλων αὐτοῦ. ὕστερον δὲ ὁ Κάδμος παραταξάμενος, αὐτόν τε κτεῖναι τὸν δράκοντα, καὶ ἑτέρους τῶν σὺν αὐτοῦ. οὓς καὶ ὀδόντας καλεῖ διὰ τὸ δηκτικοὺς εἶναι. Non multum hæc abeunt ab interpretatione Palæphati.

Ibid. Ἐξεφύησαν ἄνδρες τε καὶ ὅπλα] Ἓν διὰ δυοῖν, pro ἄνδρες ὁπλῖται, ut habet MS. aut ἔνοπλοι, ut Apollodorus & Apollonii Scholiaſtes. Simile illud Virgilii Georg. II:

—— *Pateris libamus & auro.*

Ex ſeminatis iſtis dentibus, ut Hellanicus refert, nati ſunt hi quinque,

Vdæus, Chthonius, Pelor, Echion, Hyperenor; pro quo perperam apud Apollodorum Ὑποτερήνωρ. At superfuerunt hi ex iis, qui mutuis se vulneribus interemerunt, & à Cadmo facti sunt cives Thebani, testibus Apollodoro, Ovidio, Hygino, & Apollonii interprete.

Ibid. Κάδμος τὸ γένος ἰῶ Φοίνιξ] Aptior erit numerus si legatur τὸ γένος ὢν Φοίνιξ, vel, ut in scripto est, Κάδμος ἀνὴρ τῷ γένει Φοίνιξ. Apud Athenæum libro quartodecimo, Sophista coquus ex Euemero Cæo, libro tertio sacrarum perscriptionum, ait à Sidoniis memorari; Cadmum regis coquum, assumtâ Harmoniâ, quæ inter servitia regis etiam tum erat, cum ipsa aufugisse.

Ibid. Ἀφίκετο εἰς Θήβας] Iuxta fabulam oraculo jussus, quod nobis reliquit Aristophanis interpres ad Ranas. In octavo ejus versu,

Δολιχὸν χρῆμ' ἐκάθευδε περίπλοκον
ἠΰτε μήνης,

vitium

vitium eſt typographi pro ἑκάτερθε; atque pro περίπλοκον convenientius reponi exiſtimem περίτροχον. Pauſanias enim in Bœoticis ſignum illud vaccæ, quam à bubulcis Pelagontis venditam perhibent, & ducem itineris Cadmo fuiſſe, ad formam exſtitiſſe plenilunii ſcribit: ἐπὶ δὲ ἑκατέρας τῆς βοὸς πλευρᾶς σημεῖον ἔτι εἶναι λευκὸν, εἰκασμένον κύκλῳ τῆς σελήνης, ὁπότε εἴη πλήρης. *In utroque item latere habuiſſe eam ſignum candidum, ſimile plenilunii circulo.*

Ibid. Α'μιλληθησόμενος περὶ τῆς βασιλείας] MS. μειλιξόμενος: non æque bene. Et paullò poſt, καὶ τοὺς ἐλεφαντίνους ὀδόντας, addit, κειμένους ἐν τῷ ἱερῷ.

Pag. 24. Α'ργαλέοι πολεμισταὶ] Subjunguntur in veteri codice virtutes duæ, egregiis bellatoribus neceſſariæ; ὁμόγλωσσοι ὄντες, καὶ ἐπιστάμενοι τὰ χωρία. Neque mirum, fuiſſe iſtos horum locorum gna-

 ros,

ros, unde tam recens profugerant.

Ibid. Ἔλεγον οἱ Θηβαῖοι, ὅτι τοιαῦτα δεινά] Rectius in scripto omittitur particula ὅτι, quam in simili loco nunquam auctor noster usurpat. Sic de Centauris: ξένην οὖν ὁρῶντες θέαν, ἔλεγον· οἱ κένταυροι ἡμᾶς καταστρέχοντες. Et mox capite sequenti: ἐθρύλλουν γὰρ οἱ πολῖται λέγοντες· σφίγξ ἡμᾶς ἡ Ἀργεία διαρπάζει. Atque aliis locis plurimis.

Ibid. Ἐκ τοῦ ἐκείνου ὀδόντων] Adde particulam γὰρ, & significantius legetur.

Ibid. Πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες σπαρτοί] Atque hæc est illa gens, quam apud interpretem Apollonii Hippias Delius in gentium nomenclatura ait dictam fuisse Σπαρτούς. Idem confirmat Timagoræ testimonio Stephanus de urbibus in voce Σπάρτη: Λακωνικὸν χωρίον, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου σπαρτῶν. περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, Εἰσπεσόντας δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν

τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι. Sic omnino legendum pro ἐκπεσόντας.

Ibid. Τούτου δὲ τοιούτου συμβάντος] Interpolator, τούτου τοῦ πράγματος ἀληθινοῦ γενομένου.

Pag. 26. Πτέρυγας ὄρνιθος] Scilicet ἀετοῦ, ut habent fabulatores; qui & alias Sphingi formas adfingunt, quàm refert Palæphatus.

Ibid. Ἐπὶ Σφιγγίου ὄρους] MS. Σφικίου. Malim φικείου, ut mons is vocatur Apollodoro, Plutarcho, Stephano, & aliis; vel φικίου, quomodo dicitur Hesychio, & Euripidis Scholiastæ in Phœnissis: qui ait φίκιον ὄρος à Sphinge dictum esse, ipsamque à Bœotis vocatam φίκα. Isaacius Tzetzes duo memorat loca, quibus sese continuit Sphinx, τὴν Μωάβην χώριον, καὶ τὸ Φίκειον ὄρος.

Ibid. Αἴνιγμα τι τῶν πολιτῶν ἑκάστῳ ἔλεγε] scriptus ᾖδεν. Nollem actum agere notissimum illud Sphingis ænigma adponendo, nisi, quod cor-

ruptum passim legitur, non uno loco ex manuscripto Euripidis Florentino sic possem restituere:

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπον, οὗ μία φωνὴ,
Καὶ τρίπον. ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον·
Ἀλλ' ὁπόταν πλεόνεσσιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ
Ἔνθα μένος γυίοισιν ἀφαυρότερον πέλει αὐτοῦ.

Conferat hanc lectionem qui volet, & videbit haut esse contemnendam. Festivè autem hoc ænigma ad meretrices adplicat Anaxilas in Neottide apud Athenæum lib. III. ubi scribit Thebanam sphingem dici posse omnes meretrices, quia aperte nihil loquuntur, sed ambagibus quibusdam; amare se, diligere, animo libenti congredi: deinde sibi opus esse ajunt bipede ancilla, quadrupede lecto, vel sedili, post aheno tripode.

Ibid.

Ibid. Τὸν μὴ εὑρόντα ἀνῄρει] Interpolator longè aliter: ὃν δ᾽ ἂν εὗρε διαλύσασθαι μὴ δυνάμενον, τοῦτον ἀνῄρει. Sic & mox pro εὑρόντος, habet διαλυσαμένου.

Pag. 28. Ἐπολέμει τῷ Κάδμῳ] Idem Palæphati teſtimonio ſcribit Euſtathius in Ὀδυσσ. λ, & Suidas in Οἰδίπους. Imò hæc ipſa Sphinx, teſte Pauſania, piraticis etiam excurſionibus infectum reddidit Ægeum mare, quod eſt ad Anthedonem. Hinc μεταφορικῶς Sphinges appellantur vaſtatores regionum & ἐξαλαπάζοντες; ut videre eſt apud Athenæum lib. VI; quo loco conqueruntur Athenienſes de populationibus Laccharis, unius è ducibus Caſſandri, Ætoliæ montem, Atticæ proximum, occupantis; ac Demetrium rogant, ut ab iſta Sphinge liberentur.

Ibid. Αἴνιγμά τι λέγουσα] M S. αἰνίγματι ὑφισαμένη.

Ibid. Ἐξευρεῖν ἦν τὸ αἴνιγμα οὐδεὶς δυνά-

δυνάται] Addit rationem interpolator, ἐκ τοῦ περιφανῶς μάχεσθαι. οὐκ γὰρ τρέχει, ἀλλὰ πέτεται, καὶ ἡ κύων, ἡ γυνὴ οὕτω ποδάκης ἐστί. Legendum, καὶ ὡς κύων &c.

Ibid. Νυκτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὸ ὄρος, ἀπέκτεινε τὴν σφίγγα] Copiosiora & hæc in scripto; διὰ νυκτὸς ἐξιὼν, καὶ ἐνεδρεύσας αὐτῇ, εὗρετο τὸ αἴνιγμα, τουτέστι τὴν ἐνέδραν, καὶ ἀπέκτεινε τὴν Σφίγγα. Audiatur ipse OEdipus apud Senecam Act. 1. Sc. 1. Ibi pro eo, quod vulgo legitur, *Si tela contra stricta, Si vis horrida Mavortis in me rueret*, legetur fortean melius, *si bella contra stricta.* Neque insolens videbitur hæc locutio, cùm eam adprobent MS. duo, & Florus lib. III. cap. XXI: *Hoc deerat unum populi Romani malis, ut jam ipse intra se parricidiale bellum domi stringeret.*

Pag. 30. Φασὶ περὶ τῆς Τελμησίας ἀλώπεκος] Facili errore ita scriptum pro Τευμησίας. Male item apud

apud Suidam est Τελμισία; nec melius reposuit Vir Eruditissimus Æmylius Portus Τελμιασία. Procul dubio is non distinxerit inter Τεύμεσσον Bœotiæ montem, & Τελμισσὸν oppidulum in Lycia; de quo Eustathius Il. ζ. Δαίδαλ𐅻 Λυκίων ὄρ𐅻, μεθ' ὃ πλησίον Τελμισσὸς πολίχνη Λυκίων, καὶ Τελμισσὶς ἄκρα. Est & Τερμισσὸς, urbs Pisidiæ. Meminere Teumessi montis præter Strabonem, Pausaniam, Hesychius & Stephanus Byzantinus, ac vulpem vocant Τευμησίαν. Nihil ferè sani est in verbis istis Stephani, prout vulgò leguntur. Quare non dubito, quin sic adferri illis medicina possit. ΤΕΥΜΕΣΣΟΣ ὄρος Βοιωτίας. Ἄϛυ ὡς Δεμοσθένης ἐν τρίτῳ Βιθυνιακῶν. Ὅμηρ𐅻 ἐν τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνῳ·

Εἰς Μυκάλησσον ἰὼν, καὶ Τευμησσὸν λεχεποίην.

Ἐκλήθη δ' οὕτως, ὡς Ἀντίμαχ𐅻 πρώτῳ Θηβαΐδ𐅻,

Οὕνεκα οἱ Κρονίδης, ὃς μὲν πάντων
μέγ' ἀνάσσει,
Ἄντρον ἐνὶ σκιῇ Τευμήσσοιο τ' ὄφρα κεν
εἴη
Φοίνικος μὲν κοῦρα κεκευθμένα, ὡς
ἄρα μήτις
Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε πάρεξ φράσαι
τ' ὄκον αὐτοῦ.

Verisimilem esse hanc emendationem, ausim adfirmare. Vide quæ fusè de Teumesia vulpe tradit Antoninus Liberalis in fine Metamorphoseos.

Ibid. Οὐ γὰρ ἄλλο τι ζῶον, ὃ δύναται ἁρπάσαι ἄνθρωπον καὶ φέρειν, χερσαῖον ὄν] Locus ut videtur transpositus, atque ope scripti codicis sic potius constituendus: οὐ γὰρ ἄλλο τι ἐστι χερσαῖον θηρίον, ὃ δύναται ἁρπάσαι ἄνθρωπον καὶ φεύγειν.

Ibid. Λόφον τελμήσιον κατέλαβεν] Corrige λόφον Τεύμησσον κατέλαβεν.

Ibid. Κέφαλος ὀνόματι] Meminit præter alios hujus Cephali Suidas

das in Τελμισία; ubi corruptè legas, ὃς ἀπέκτεινε ἄκων τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Πρόκνην, pro Πρόκριν. Diximus abundè de hac ipsa ad fabulam Pasiphaës.

Pag. 32. Νιόβη ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην] MS. Νιόβης ἀποθανόντων τῶν παίδων ποιήσας τις εἰκόνα λιθίνην. Fortè legendum ποιήσας τις αὐτῇ εἰκόνα &c.

Ibid. Καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτὴν, οἷα καὶ λέγεται] Sensus si non sit mutilus, saltem non malè ita suppleri possit ex codice Londinensi: Ἔλεγον οὖν οἱ παριόντες, Νιόβη λιθίνη ἕστηκεν ἐπὶ τοῦ τύμβου. ἐθεασάμεθα ἡμεῖς αὐτὴν, ὥσπερ νῦν λέγεται, περὶ τὸν χάλκεον Ἡρακλέα ἐκκαθήμενον. τοιοῦτον ἦν κἀκεῖνο· ἀλλ' οὐχὶ Νιόβη λιθίνη αὐτὴ ἐγένετο. Elegans autem est illud in Nioben Epitaphium Agathiæ Scholastici, sive potius alterius, apud Sophoclis interpretem:

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν·
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον·
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

Nec minus venuſtè idem Latinè expreſſit Cæſar Scaliger:

Illud ſepulchrum non habet cadaver:
Illud cadaver non habet ſepulchrum:
Sed eſt ſibi cadaver & ſepulchrum.

Vel ſi hoc modo velis, per me licet:

Non hoc ſepulchrum mortuum poſitum tenet;
Non hîc ſepulchro mortuus poſitus jacet:
Sed eſt ſepulchrum mortuuſque idem ſibi.

Ibid. Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα] MS. Λέγεται ὡς Λυγκεὺς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα. Majore emphaſi & ἑλληνικωτέρως leges, Λυγκέα λέγουσιν ὡς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα. Eſt enim hæc enallage elegantiſſima accuſativi pro nominativo; quam à Græcis ſumſerunt etiam Latini; Vt, *urbem quam ſtatuo veſtra eſt*.

Neque

Neque in Cicerone & Seneca exempla desunt, etsi frequentissima in Comicis. Aliunde quoque nomen acutissimi visus Lynceo fuit, referente Plinio lib. 11, cap. XVII: *Lunam bis coitum cum Sole in nullo alio signo facere, quam Geminis: non coire aliquando, in Sagittario tantum. Novissimam verò primamque, eadem die vel nocte, nullo alio in signo, quam Ariete, conspici: id quoque paucis mortalium contingit, & inde fama cernendi Lynceo.* Omnia verò hæc de Lynceo ad verbum exscripsit Aristophanis interpres in Plutum, nec factâ mentione Palæphati, aut alterius scriptoris. Similiter pro more suo facit Apostolius; ac plane imitatur Isaacius Tzetzes in Lycophronem.

Ibid. Αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον] Explicat hæc interpolator: αὐτὸς γὰρ θυλάκους ἀνεφέρετο χαλκοῦ καὶ σιδήρου.

Pag. 34. Καινέα φασὶν ὅτι ἄτρω-

τος ἰῶ] Ab eo parœmiæ; Ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς ὁ Καινεὺς; item Καινέως δόρυ. Dictum ait Eustathius in Il. α. à καίνυσθαι, *vincere*. Nestor ibidem annumerat illum viris fortissimis & excellentissimis, quales nunquam viderat, aut visurus esset. A Virgilio contra Æn. VI, inter illas refertur mulieres, quæ crudeli tabe ab amore duro peresæ, in lugentibus campis servantur apud inferos:

His Phædram Procrinque locis mæstamque Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem vulnera, cernit;
Euadnenque & Pasiphaën, his Laodamia
It comes, & juvenis quondam, nunc femina Cæneus,
Rursus & in veterem fato revoluta figuram.

Cæneum autem appellârunt Athenienses hominem mollem, & qui curis muliebribus virilem animum exuis-

exuisset. Paret hoc ex Anaxandride apud Athenæum lib. VI; ubi adjectitias illas appellationes refert, quibus per jocum alios deridere solebant Athenis:

—— τὰ πολλ' ἄδειπνος περιπατεῖ.
Κεστρῖνός ἐστι νῆστις. εἰς τοῦ καλοὺς
δ' ἂν τις βλέπῃ
Καυνός.

Ita enim rectissimè emendat summus Vir, Isaacus Casaubonus, cùm in vulgatis codicibus Κενὸς, atque in Excerptis verisimilius paullò Καυνὸς, legeretur.

Ibid. Συλλαβόντες αὐτὸν μόνον κατέχωσαν] Idem scribit Homeri Scholiastes in Il. α. Agatharcides libro de mari rubro ait, eum erectum & vivum terram subiisse.

Pag. 36. Περὶ Κύκνου τοῦ ἐν Κολώναις] Cycnus ille, de quo auctor noster, filius fuit Neptuni, Colonarum rex, pater Hemitheæ & Tennis; unde *Tenedos* insula, & adagia, *Tenedius homo*, *Tenedia bipennis*.

pennis. Straboni lib. XIII. Thrax vocatur, & Colonarum rex; qui Cononi apud Photium Troadis. Celebratur aliquoties Eustathio Κύκνος ὁ Τρωικὸς, ἐκ γλυετῆς πολιός; qui idem est, atque hic; quemque refert Hyginus certâsse cum reliquis in Cenotaphio Paridis à Priamo instituto. Fuerunt autem plures alii ejusdem nominis, qualis Martis & Pyrenes filius, memoratus Diodoro, atque Apollodoro in bibliotheca: quem postea Martis & Pelopiæ filium vocat, atque ab Hercule ait interfectum. Exstitit & alius, Ligurum rex, ob Musices amorem & cantandi peritiam in avem cognominem ab Apolline conversus. Celebratur præterea veterum multis Cycnus Apollinis & Thyriæ filius, Nicandro præsertim & Areo Laconi, ex quibus fabulam illius, diversam prorsus, descripsit Antoninus Liberalis. Et quid cæteros referam?

Ibid.

Ibid. Καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἐλέγετο ἄτρωτος] De Ajace lateribus solum juxta alios vulnerabili sic Eustathius in Il. Υ: Ἐκράτησε δὲ φήμη τοῦ μηδαμοῦ τρωτὸν ἢ βλητὸν εἶναι τὸν Αἴαντα, εἰ μὴ ὅτι καὶ μόνην πλευρὰν, ἐπεὶ οὐδαμοῦ τῆς Ἰλιάδος εὕρηται τρωθείς.

Ibid. Ἀναιρεθεὶς ξίφει ὑφ' ἑαυτοῦ] MS. καὶ ἀπέθανε ξίφει τρωθεὶς ἐφ' ἑαυτοῦ.

Ibid. Φασὶν ὅτι Μίνως Δαίδαλον καὶ Ἴκαρον καθεῖρξε διά τινα αἰτίαν, υἱοὺς αὐτοῦ ὄντας] Vel legendum, ὅτι Μίνως Δαίδαλον καὶ Ἴκαρον καθεῖρξε διά τινα αἰτίαν, υἱὸν αὐτοῦ ὄντα; vel ut melius est in scripto, ὅτι Μίνως Δαίδαλον καὶ Ἴκαρον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καθεῖρξε διά τινα αἰτίαν.

Ibid. Ποιήσας πτέρυγας προσθετὰς, ἐξῆλθε μετὰ τοῦ Ἰκάρου] Verius iterum MS. ποιήσας πτέρυγας ἀμφοτέροις προσθετὰς, ἐξέπτη μετὰ τοῦ Ἰκάρου. Ac similiter verbo ἐκπετασθῆναι in hac Dædali fabula utitur Diodorus Biblioth. lib. IV.

Pag.

Pag. 38. Καθεὶς ἑαυτὸν διὰ θυρίδος, καὶ σκαφίδι ἐμβὰς] Memor quoque est assumti Icari vetus codex, atque interserit: καὶ τὸν υἱὸν καθεσπάσας. Dictum ergo ideò evolâsse Dædalum, quia nave remigio maximè valenti, clam, tanquam evolaret, abiit. Et quis nescit, alas non tantum volucrum, verùm & velorum esse; ut in illo Virgilii; *velorum pandimus alas*, & locis aliis sexcentis?

Ibid. Ὡς ᾔσθοντο δὲ Ἴκαρός τε καὶ Δαίδαλος διωκόμενοι] MS. simpliciter, οἱ δὲ ὅτι ᾔσθοντο διωκόμενοι.

Ibid. Ἤγουν πλεόντες ἐν τῷ πελάγει περιτρέπονται] Vti passim, sic etiam hic locupletior scriptus: εἶτα πλέοντες οὐρίῳ κρητικῷ νότῳ ἐν τῷ Ἰκαρίῳ πελάγει περιτρέπονται. Dicit autem Icarium pelagus per πρόληψιν pro eo, quod post submersionem Icari tali nomine est inditum. Eandem figuram usurpat Virgilius lib. VI. de patre Dædalo loquens:

Chal-

Chalcidâque levis tandem super adstitit arce.

Cumas designat, & arcem Chalcidicam vocat à Chalcidensibus, qui diu post Dædali tempora colonias eò duxere. Vide de variis Προλήψεως generibus laudatissimum opus Oratoriarum Institutionum, Viri Illustris, nuper, proh dolor! terris erepti, Gerardi Ioannis Vossii.

Ibid. Ἐκβληθεὶς δ' ὁ Ἴκαρος ὑπὸ τῶν κυμάτων παρὰ τοῦ πατρὸς ἐτάφη] MS. ἐκβληθέντος ὃν ὑπὸ τῶν κυμάτων ὁ πατὴρ ἔθαψεν. lege ἐκβληθέντα. Narrant verò Apollodorus, ut Hercules ad Dolichen insulam delatus ejectum in littus Icari corpus terræ mandârit; ac pro eo beneficio Dædalus Herculis imaginem ex piceâ effinxerit.

Pag. 40. Εἰσέρχεται δὲ εἴς τι σπήλαιον μιχθησόμενος] MS. utrumque respicit, εἰσέρχονται μιχθησόμενοι. Apollodorus meminit loci, dicitque Iovis lucum penetrâsse, atque ibi

ibi mutuo complexu coëuntes in leones esse conversos.

Ibid. Ἀναιροῦσιν τοὺς περὶ Ἀταλάντην] Dilatatio est interpolatoris, ἐμπίπλουσι τοῖς περὶ Ἀταλάντην, καὶ ἀναιροῦσι αὐτούς. Τοὺς περὶ Ἀταλάντην tantundem est, ac si diceret τὴν Ἀταλάντην καὶ τὸν Μηλανίωνα. Nam οἱ περὶ τὸν δεῖνα, οἱ ἀμφὶ τὸν δεῖνα, interdum significat τὸν δεῖνα præcipuè quidem, sed tamen cum sociis: interdum τὸν δεῖνα simpliciter, ubi sociorum οὐ λόγος, οὐδ' ἀριθμός. Sæpissimè Græcos ita loqui, docuit me primùm Vir celeberrimus & amicissimus, Fredericus Gronovius. Apud Polybium frequens hæc formula, ut lib. 1. τότε προδήλου τῆς αἰκίας διὰ τὴν περικάκησιν ἐκ τῶν πολλῶν τοῖς ἡγεμόσιν ὑπαρχούσης, ἔκριναν οἱ περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ Ζάρξαν καὶ Σπένδιον ἐγχειρίζειν ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις, καὶ διαλαλεῖν περὶ διαλύσεως Ἀμίλκᾳ. Vertit optimè Casaubonus: *Victâ malis multitudine,*

ac ducibus supplicia intentante, Autaritus, Zarxas, & Spendius dedendi sese hostibus, & de pace cum Amilcare consulendi, consilium capiunt. Et mox: τῶν μὲν οὖν περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ Σπένδιον ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων, τοῦτον τὸν τρόπον ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι. Rursum Casaubonus: *Atque hoc modo Autaritas, Spendius, & nobilissimi duces alii, in potestatem Carthaginensium venerunt.* Clarissimè autem paginâ sequenti: ὧν πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθεμένων λόγους ἐπειδὴ συνήγαγον ὁμόσε τοὺς στρατηγοὺς, ἠναγκάσθησαν συγχωρεῖν καὶ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις οἱ περὶ τὸν Ἄννωνα καὶ τὸν Βάρκαν. *Qui ducibus in unum locum congregatis, post varia & sæpe repetita colloquia, evicêre tandem, ut Hanno & Barca manus darent, & sententiæ ipsorum acquiescerent.* Sic denuo Casaubonus. nam dissensio propriè inter hos duces erat, eorumque reconciliandorum gratiâ Senatores Carthagine advenerant.

nerant. Hæc, quamquam alia poſſent addi, ſuffecerint ad explicandum locum Palæphati.

Ibid. Διεφήμιζον οἱ περὶ Ἀταλάντην καὶ Μηλανίωνα, ὡς εἰς λέοντας μετεβλήθησαν] Omnino legendum pari cum ſuperioribus ſignificatione; διεφήμιζον, ὡς οἱ περὶ Ἀταλάντην καὶ Μηλανίωνα εἰς λέοντας μετεβλήθησαν.

Ibid. Εἰς ὄρος καταντήσασαν] Scilicet in Nocracen, Arcadiæ montem, ſi fides habenda fabulatoribus.

Ibid. Ἰδόντας μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ ἄρκτου κοίτην, μηκέτι δὲ ἐξερχομένην] MS. ἰδόντας εἰσελθοῦσαν μὲν, μηκέτι ἐξερχομένην. Quibus ex veſtigiis legendum conjicio: ἰδόντας εἰσελθοῦσαν μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ ἄρκτου κοίτην, μηκέτι δὲ ἐξερχομένην.

Pag. 42. Εὗρεν ἂν αὐτῆς ἑτέραν πορείαν καλλίονα] Rectius putem legi αὐτῇ. Ac mox pro ἐπολέμει τῇ Τυρηνίᾳ χώρᾳ, malim τῇ Τυρρηνῶν χώρᾳ; & ſic utique reponendum. Meminit

nit inter alios hujus Tauri, Cretensium regis, scriptor Chronici Alexandrini, eumque narrat occupata Tyro rapuisse Europam Agenoris, & in tori consortem accepisse. Ἀπήγαγεν δὲ τὴν Εὐρώπην εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα ὁ Ταῦρος, ἥντινα καὶ γυναῖκα ἔλαβεν, οὖσαν παρθένον καὶ εὐπρεπῆ· καὶ ἐκάλεσε τὰ μέρη ἐκεῖνα εἰς ὄνομα αὐτῆς Εὐρώπεια. Ἐξ ἧς ἔσχεν υἱὸν τὸν Μῆνον, καθὼς Εὐριπίδης, ὁ σοφώτατος ποιητὴς, συνεγράψατο, ὡς φησί· Ζεὺς μεταβληθεὶς εἰς ταῦρον τὴν Εὐρώπην ἥρπασεν· *Taurus Europam in patriam secum adduxit; quam uxorem accepit, quòd & virgo, & forma esset singulari; vocavitque regiones illas Europaeas. Ex hac suscepit Minoëm, quemadmodum sapientissimus scripsit poëta Euripides, cùm dicit; Iupiter in taurum deformatus Europam rapuit.* Si verò Agatharchidem Cnidium in Europicis audiamus, in prora navis, qua vecta fuit Europa, Taurus fuit depictus, tanquam παράσημον; sicut

ſicut aquila, quæ Ganymedem rapuit fuit, παράσημον navis, ut Epiphanio viſum, Iovis Phrygii, qui Pa erat Tantalus, Phrygiæ rex & Paphlagoniæ. Solebant enim ut plurimum veteres multorum animalium προτομὰς in proris navium collocare, nempe Tauri, Arietis, Chimæræ, Centauri, Scyllæ, Ceti, Delphinis, aliorumque, de quibus fusè ad miraculum doctus Claudius Salmaſius in Exercitationibus Plinianis. De Iove & Europa epigramma eſt antiqui poëtæ inediti:

Terga bovi credens Europa aſcendit alumni,
Inſeditque Iovi, non reviſura patrem.
Fraude ſuos genitor celat, vel complet amores:
Nam Deus in tauri corpore prædo latet.

Pag. 44. Φασὶν ὡς Α'χαίοι οἱ ἐν ξυλίνῳ ἵππῳ, καὶ ἐπόρθησαν τὴν Ι'λιον] Scriptus longè aliter: Φασὶν ὡς Α'χαιοὶ

Ἀχαιοὶ ἐν ξυλίνῳ κοίλῳ ἵππῳ χίλιοι καὶ ἑκατὸν κατεβάλλοντο τὴν Ἴλιον.

Ibid. Ὅπως μὴ ἑλκόμενος εἰσέλθῃ, ἀλλ' ὑπερέχῃ τῷ μεγέθει] MS. ὑπερέχειν; at sensus & connexio postulat ὑπερέχῃ. Miror hic tam frigidum esse Palæphatum, ac totum ex communi fabula pendere. Convenientiora historiæ sunt, quæ habet Servius ad illud Virgilii Æn. II:

Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, sectâque intexunt abjete costas.

Vbi sic ille: *Higinus & Tubero de hoc equo dicunt: machinamentum bellicum fuit, quod equus appellatur, ut aries & testudo, quibus muri vel discuti, vel subrui solent: unde est, Aut hæc in nostros fabricata est machina muros. Vt alii, porta, quam eis Antenor aperuit, equum habuit pictum; vel certè Antenoris domus, quo posset agnosci. Aut equestri prælio victa est Troja.*

Aut à monte Hippio, poſt quem ſe abſconderant Græci. Aut re vera fuit, quod Virgilius ſequitur. Anonymus poeta ineditus ad comparationem equi durii Epigramma fecit *de anſere, qui intra ſe capit aucupia prandii.* Ita enim inſcriptio eſt; ipſum autem carmen hujuſmodi:

Eminet impletus pullorum carnibus anſer,
Et varias menſæ torridus ambit opes.
Inguinibus nam portat olus, ventriſque ſoluti
Funditur è mediis Iſiciata nitens.
Fulcit utrumque latus turdus cum turture pingui,
Multaque penniferum corpore pandit opus.
Quis non credat equum Grajam celaſſe phalangem,
Si parvus tantas anſer habet latebras?
Plura ſaginato concluſit fercula capſo
Aucupia & pulpas ducere docta manus.

Intus

Intus inest quodcumque placet, crescitque voluptas,
Cum scisso multas pectore prodit opes.
Cedat Cecropii lascivans bucula fabri,
Qua consuerat amor claudere Pasiphaën.
Cedat & ille dolus sollers quem struxit Epeus,
Qui gravidus bellis Pergama solvit equus.
Majorem parva hæc demonstrat fabrica technam:
Vna capit totas anseris arca dapes.

Hoc modo emendavimus Epigramma à librario pessimè descriptum. In Inscriptione erat, *De ansere qui intra se capit cupia prandii.* Reposuimus *aucupia.* nam ut *venationem,* sic *aucupia* dixerunt veteres non modo pro labore venandi & aucupandi, sed pro captis feris & avibus. Atque hinc disticho v, pro *Ho cupiat pulpas*, etiam legendum

puto *Aucupia & pulpas*. Nam ſic cohærebit: manus, puta coqui, docta ducere aucupia & pulpas, concluſit plura fercula ſaginato capſo. Diſticho ſecundo legebatur,

Funditur è medio eſitiata nitens.

Corrigit Gronovius,

Funditur è mediis Iſiciata nitens.

Veriſſimè. *Inſicia* enim & *Iſicia* dicebant pro genere cibi è ſectis particulis carnium, quaſi minutal: ut *proficies* & *proficia* in ſacris. De *Iſiciata* vide Salmaſium ad Hiſtoriam Auguſtam. Etiam de hac epigramma eſt in corpore inedito Viri Clariſſimi Coronati:

Mortua ſit prado pullorum turgida membris,
Ex aliis creſcit, nec ſeſe repperit in ſe.

Atque ut *Iſiciatam*, ſic *ovatam* dixiſſe, liquet ex Donati carmine, nondum, quod ſciam, in lucem emiſſo:

Ovorum copioſa phalanx in ventre tumentis
Conditur, & membris creſcit gallina repletis;

Mor-

Mortua concepit quantum nec viva
creavit.

In tertio erat *fulgit*, pro *fulcit*; *pignus*, pro *pingui*, vel *pinguis*. In ſexto *apes* pro *opes*. In octavo *ut* pro *&*; *eferos* pro *Epeus*. Vltimum prorſus turbatum; *Majora in parvum hæc monſtra fabrica tegnam*. Nos alio modo compoſuimus, &, ut arbitror, recto.

Ibid. Αὐτόμολος δὲ ἐλθὼν ὁ Σίνων &c] Vide ut hæc converterit & pro libitu auxerit interpolator: αὐτόμολος γὰρ ἐλθὼν παρὰ τῶν Ἀργείων Σίνων, φράζει αὐτοῖς κατὰ μαντείαν, ὡς εἰ μὴ εἰσαγάγειεν εἰς τὴν πόλιν, ἀποστραφεῖεν Ἀχαιοί· τούτου δὲ ἀπακούσαντες Τρῶες, εἰς τὸ τεῖχος εἰσάγουσι τὸν ἵππον. εὐωχουμένοις δὲ αὐτοῖς ἐπιπίπτουσιν οἱ Ἕλληνες ἀφ' οὗ καθήρετο τὸ τεῖχος. καὶ οὕτως ἑάλω ἡ Ἴλιος.

Pag. 46. Φράσαι Ὀδυσσεῖ τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐπιτολαί τινες ἀνέμων γίνονται] Nihil mutandum, etiamſi ſit in libro noſtro, φράσαι Ὀδυσσεῖ τὸν χρόνον, καθ' ἃς ἐπιτολὰς ἄνεμοι

πυθσοῦνται. Apoſtolius de Æolo: ὅστις ἦν ἀνὴρ εὐστοχώτατος τὰ περὶ ἀνέμους, κανταῦθεν καὶ θεὸς τῶν ἀνέμων ὑπείληπται. *Qui ſummam ventorum peritiam habebat; atque hinc ventorum deus eſt habitus.* Vide de hoc ipſo Lycophronis interpretem in illud: βύκτας δ' ἐν ἀσκῷ συγκατακλείσαι βοός. Diodorus lib. v. ſimiliter ait, Æolum rectorem ventorem dictum, quod ſoleret προλέγειν τοὺς ἐγχωρίους ἀνέμους, παρατηρήσας ἀπὸ τῆς τοῦ πυρὸς προσημασίας. *Ex ignis prodigiis diligenter obſervatis, qui venti ingruituri eſſent, certo prædicere.*

Ibid. Γυναῖκές τινες ἦσαν αἱ Ἑσπερίδες] Sive Heſperides hæ Heſperi filiæ fuerint, ſive Atlantis ex Heſperide, filia Heſperi, quam uxorem fratri dederat, referente Diodoro lib. IV. Male paſſim apud Apoſtolium legitur Ἑσπερίπδες; quo nomine eas appellari à quoquam è veteribus non puto. Solum terram, quam incoluere Heſperus & At-

Atlas, Ἑσπερῖτιν vocat Diodorus eodem loco: κατὰ γὰρ τὴν Ἑσπερῖτιν ὀνομαζομένην χώραν φασὶν ἀδελφοὺς δύο γενέσθαι, δόξῃ διωνομασμένους, Ἕσπερον καὶ Ἄτλαντα. *In terra, quam Hesperitim vocant, incliti nominis fratres vixerunt, Hesperus & Atlas.*

Ibid. Ταύταις δὲ ἦν μῆλα χρυσᾶ ἐπὶ μηλεάς] Hortus ille Hesperidum nympharum situs erat ad Oceanum Atlanticum, ac pessimè confunditur cum hortis Ἑσπερίδων, urbis in Libya Pentapolitana; quem errorem fuse exagitat Illustris Salmasius ad Solinum. Veteres promiscue dixerunt Ἑσπερίδων μῆλα, & Ἑσπερικά, vel etiam Ἑσπερίδες; estque Ἑσπερὶς sive Ἑσπερίδων μῆλον, idem quod Latinis *citrum*, vel *aurantium* nostrum. Mala hæc Lacedæmoniis tanto in pretio fuisse, ut etiam Diis apponerent, liquet ex verbis Timachidæ apud Athenæum lib. III: περὶ Ἑσπερίδων δὲ μήλων οὕτως καλεῖσθαι

τινά φησι τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ, εἰπὼν καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς. Non video aut verba Timachidæ hîc desiderari, aut quidquam loco deesse, ut putat Casaubonus. Verius ex hoc emendavit Vir undequaque eruditissimus Hesychii codices; ubi perperam scriptum, ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτά τινα μῆλα, pro ἐν Λακεδαίμονι ἄβρωτα. Eadem mala in Bacchi crepundiis Orpheus recenset.

Pag. 48. Οἷς καλαὶ καὶ ἔγκαρποι, οἷαι καὶ νῦν αἱ ἐν Μιλήτῳ] M S. appositè, ὄϊς πρόβατα καλαὶ καὶ εὔκαρποι, τοῦτο τὸ γένος ὃ νῦν ἐστιν ἐν Μιλήτῳ. Nempe fabula sit orta ex ambiguitate vocabuli μῆλα, quod & oves & mala significat. Varro lib. 1. de R. R. *Aurea mala, id est secundum antiquam consuetudinem capræ & oves; quas Hercules ex Africa in Græciam exportavit.* Ejusdem fabulæ, quatenus Hercules est Sol, interpretationem φυσικὴν sive θεολογικὴν

κλὼ habes in aureo opere Gerardi Ioannis Vossii de origine & progressu Idololatriæ.

Ibid. Τῇ πόλει ὄνομα Ἑκατονταχειρεία] Scriptus, τούτων τῇ πόλει. Apostolius Ἑκατογχειρεία.

Ibid. Ἦν δὲ πόλις τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεστιάδος] MS. ἦν δὲ τῆς Ἀχαρνίας τῆς νῦν Ὀρεστιάδος καλουμένης. Haud dubiè legendum, ἦν δὲ πόλις τῆς Ἀκαρνανίας τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεστιάδος. Perperam Ortelius Hecatontacheiriam *Orestiadem* appellat, cùm illa non ipsa regio, sed solum urbs fuerit Orestiadis regionis; cui, ob matris cædem profugus, nomen fecit Orestes, ut apud Strabonem videre est lib. VII. *Orestæ* populi Macedoniæ, ab Oreste, Orestis filio, sic dicti; quorum regio ἡ Ὀρεστίς. Manifestum verò post Ὀρεστιάδος integrum sensum omissum esse, quem in scripto codice inveni, non suppositititium interpolatoris, sed, credo, genuinum Palæphati.

Ita se is habet: Τεκμαίρομαι δὲ, ὅτι μετὰ τῶν Ὀλυμπίων ἐμαχέσαντο τὴν πρὸς τιτᾶνας μάχην· ταῦτα δὲ τὰ χωρία ὁμορά ἐστι τῷ Ὀλύμπῳ. Iam videbis sibi constare nexum historiæ, & rationem, quare homines dixerint; Cottum, Briareum & Gygem, opem diis ferentes, Titanas Olympo expulisse.

Ibid. Κόττος καὶ Βελάρεως καὶ Γύγης, οἱ Ἑκατοντάχειρες] Malim ἑκατόγχειρες cum Æschyli scholiaste in Prometheo, qui in bello adversus Titanas hos tres centimanos à Iove in auxilium assumtos refert, τὸν Κοῖον, (vitiosè, pro τὸν Κόττον) τὸν Βελάρεων, καὶ τὸν Γύγην. Exstat & alia de Briareo historia Arriani apud Eustathium in Il. α. Illum scilicet imperium maris affectantem, sedem belli habuisse insulam Euboeam; indeque expeditione facta Cycladas in potestatem redegisse. Eundem quoque Ægæum dictum esse, ac nomen fecisse Ægæo mari.

Se-

Sepulchrum ejus conspici prope Ryndacum amnem, haut procul à mari, in tumulo cognomine, ex quo fontes prorumpunt centum, & manus Briarei appellantur. Sed ἑκατόγχειρ nihil aliud quàm πολύχειρ ἢ πράξεσιν, ἢ πλήθει στρατοῦ, ἢ μηχαναῖς. Quemadmodum πολυμήχανος & ἑκατόγχειρ dictus fuit Archimedes, quia unico jactu plurima tela ejiceret.

Pag. 50. Ὡς ἦν ἐν Τυῤῥηνίᾳ θηρίον τι] Sic correximus, cum in edito legeretur Τυρηνίᾳ, *Tyriorum regione*, in qua Scylla non fuit; sed ἐν Τυῤῥηνίᾳ, quo olim nomine Italia fuit vocata.

Ibid. Τυρρηνίων νῆσοι ἦσαν] lege Τυῤῥήνων.

Ibid. Ἦν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα τότε, ὄνομα Σκύλλα] MS. ἧ ὄνομα Σκύλλη; ac subjungit, καὶ εἰγέγραπτο ἐπὶ τῆς πρώρας, scilicet tanquam παράσημον. Meminit & Scylla navis Hyginus cap. CCLXX, qua vi-

cit Cleanthus in navali certamine, patris Anchisæ exequiis ab Ænea in Sicilia exhibito.

Ibid. Πολλάκις εἰργάζετο βρῶμα] In libro nostro ab interpolatore repositum, πολλὰ κακὰ εἰργάσατο: fortè quia sic scripserat Palæphatus de Centauris Thessalis, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον καὶ ὑπερήφανοι, καὶ πολλὰ κακὰ εἰργάζοντο. Quæ autem de Scylla dixerit Homerus Οδ. μ. docet Polybius convenire captioni Galeotarum, quæ apud Scyllæum exercetur:

Αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα,
Δελφῖνάς τε, κύνας τε, καὶ εἴποθι μεῖζον ἕλῃσι
Κῆτος. - - -

Hic circum rupem crebro ruit impete Scylla,
Delphinos, captansque canes, & sicubi major
Bellua sese offert.

Vide, si lubet, quæ de hac venatione narrat Strabo libro I. Ælianus in

in hiſtoria animalium lib. xv. cap. vi; & Oppianus lib. v.

Pag. 53. Ἀγάλματα κατεσκεύαζε πορευόμενα] Non improbo quod addit MS. δι' ἑαυτῶν. quæ voces in ſequenti regula repetuntur.

Ibid. Κατεσκεύαζον ἀνδριάντας συμπεφυκότας ἔχοντας καὶ τοὺς πόδας] Ita verius legendum præeunte veteri codice: κατεσκεύαζον συμπεφυκότας ὁμοῦ τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας παρατεταμένας ἐποίουν.

Ibid. Ὁδοιποροῦν τοῦτο τὸ ἄγαλμα] Hinc in Menone dicit Plato, Dædali ſtatuas, niſi ligentur, decedere atque aufugere. Ariſtophanes apud Heſychium voce Δαιδάλεια: τὸν ἀπὸ Δαιδάλου κατασκευασθέντα ἀνδριάντα, ὡς διὰ τὸ ἀποδιδράσκειν δεδεμένον. Integram autem fabulam habes apud Ioannem Tzetzem Ch. I. Hiſt. xix.

Τὰ δὲ Δαιδάλειά φασι κινεῖσθαι τοιοτρόπως.
Τοὺς ἀνδριάντας πρότερον πρὸ χρόνων τοῦ Δαιδάλου

Ἐδημιούργουν ἄχειρας, ἄποδας, ἀομ-
ματους.
Πρῶτος δὴ ὁ Δαίδαλος αὐτὸς διεῖλε
χεῖρας, πόδας,
Δακτύλους διηρμόσατο, καὶ βλεφα-
ρά, καὶ τ' ἄλλα.
Ὅθεν ὁ μῦθος πέπλωκε, κινεῖσθαι τὰ
Δαιδάλου.

Dædalea dicunt moveri tali modo:
Statuas prius ante tempora Dædali
Fabricabant sine manibus, sine pedi-
bus, sine oculis.
Primus Dædalus divisit manus & pe-
des, *(alia:*
Digitosque aptavit, & palpebras &
Vnde cecidit fabula, moveri ea quæ
Dædali.

Ibid. Ὡς διεφόρουν ἄρπυιαι τὸν νοῦν αὐτοῦ] Quis non videt corrigendum esse, ὡς διεφθόρουν τὸν βίον αὐτοῦ? quemadmodum & in scripto codice est, & in Apostolio, & paullò infra hoc eodem capite.

Pag. 54. Ἔλεγον οὖν οἱ ποιηταὶ] Scribe οἱ πολῖται.

Ibid.

Ibid. Βορέου παῖδες, ἀνδρὸς οὐκ ἀνέμου] Fortassis non male MS. ἀνδρὸς, οὐκ ἀνέμου: ne quis putaret Zethum & Calaim boreæ venti filios fuisse, sive *prolem aquiloniam*, ut loquitur Propertius; sed viri alicujus sic dicti. Hos ipsos intelligit Boreas apud Valerium Flaccum lib. 1. ubi ab Æolo petit, ut perdere sibi liceret Argonautas:

——— Da mergere Grajos
Insanamque ratem: nil mea pignora tangunt.

Ita pro *pectora* legere malim, prout circumfertur in vulgatis.

Ibid. Ὡς ὅ, ποτε τὶς βούλοιτο] Sic correxi, cùm esset in vulgatis, ὡς ὁ ποιητὴς βούλοιτο.

Pag. 56. Ὅς τις ἢ εἶδεν αὐτὴν, ἤ περὶ ταύτης] MS. longe aliter; ἐπιθυμητικῶς διέκειτο πρὸς αὐτήν.

Ibid. Ἀργυρίου μὲν οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι οὐκ ἐμνηστεύοντο] Apud Spartanos etiam dotis nomine nihil dabatur nubentibus; sed jussit Lycur-

gus

gus γαμεῖν ἀπροίκους. Rationem instituti reddit legislator apud Plutarchum in Apophthegmatis. Interrogatus enim, cur virgines sine dote nuptum dari voluisset; Respondit; ne vel ob inopiam aliquæ manerent innuptæ, vel propter opes expeterentur; sed quivis in mores puellæ intuens, virtutem in delectu sequeretur. Iustinus aliter lib. III. *Virgines sine dote nubere jussit, ut uxores eligerentur, non pecuniæ; severiusque matrimonia sua viri coërcerent, cum nullis dotis frenis tenerentur.* Haut dubiè etiam hoc respexit Lycurgus, ut compesceret insolentiam muliebrem, si dote careant luculenta.

Ibid. Ὅτι ἐγίνετο ἐκ Μήτρας αὐτοῦ καὶ ἵππος ἢ βοὸς, καὶ τἄλλα] Codex scriptus simpliciter, ὅτι ἡ Μήστρα ἐγίνετο πάντα. Existimo legendum: ὅτι ἐγένετο ἡ Μήστρα αὐτοῦ καὶ ἵππος &c. Fabulæ analogiam simili modo adfert Isacius Tzetzes in Lycophronem:

nem: εἶχε δὲ οὗτος (Ἐρισίχθων) θυγατέρα Μήστραν φαρμακίδα, ἣν μεταβαλλομένην εἰς πᾶν εἶδος ζώου, πιπράσκων ὁ πατὴρ καθ' ἡμέραν ἐτρέφετο. ἡ δὲ πάλιν ἀμείβουσα τὸ εἶδος, φεύγουσα πρὸς τὸν πατέρα ὑπέστρεφε, καὶ ταῦτα εἶχε μέθοδος τοῦ λιμοῦ. (corrigo καὶ ταύτην εἶχε μέθοδον τοῦ λιμοῦ.) ἡ δὲ ἀλληγορία οὕτως ἔχει. ὁ πατὴρ τῆς Μήστρας πάντα καταφαγὼν, καὶ σὺν τοὺς ἀγροὺς διὰ πενίαν ἐκτέμνων, ἤτοι πωλῶν, ἐλίμωττεν. ἡ δὲ τούτου θυγάτηρ πορνευομένη, καὶ παρὰ μὲν τοῦ βοῦν, παρὰ τοῦ δὲ πρόβατον, καὶ παρ' ἄλλου ἄλλο εἶδος λαμβάνουσα, ἔτρεφε καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸν γέροντα· ὅθεν ἐμυθεύσαντο ταῦτα. Poſſis hunc locum hoc pacto vertere. Habebat Eriſichthon filiam Meſtram, præſtigiarum peritam, quam in cujuſlibet animalis formam tranſmutatam vendens pater, quotidie inde ſuſtentabatur. Sed illa immutatâ rurſum forma aufugiens, ad patrem rediit, & ejuſmodi uſa eſt adverſus famem remedio. At verò allegoria

ita

ita ſe habet. Pater Meſtræ omnia abliguriens, & agros propter inopiam excîdens, hoc eſt vendens. in eſuriem incidit. Filia autem, proſtitutâ pudicitiâ, bovem ab hoc, ab illo pecudem, ab alio aliam ſpeciem accipiens, & ſeſe & patrem ſimul aluit. Exinde hæc conficta.

Ibid. Πλέτῳ τε καὶ ἄλλοις διαφέρων] MS. καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπερφέρων τῶν ἄλλων. Vide quæ plura de Tricarenia civitate & Geryone habet ad finem libri, capite de Cerbero.

Pag. 58. Ἀπὸ δὲ κεφαλῆς ἐπὶ τῇ ὀσφύϊ μικραὶ καὶ σιμαί] Scriptus, μακραί: & paullo poſt pro ὀστὰ δὲ μακρὰ, ὀστέα δὲ μεγάλα. Ex Erythia inſula, cujus Plinio, Melæ, Stephano, mentio eſt, Geryonis armenta abduxit Hercules, juxta illud Epigrammatis antiqui:

Γηρυόνε, δέκατον, βόας ἤγαγεν ἐξ Ἐ-
ρυθείας.

Idem Epigramma elegantius exprimitur in veteri inſcriptione, cujus pars

pars inedita apud me est; sed non sine lacunis, quas conjectura partim supplevi, & minuto charactere distinxi à cæteris:

ΠΡΩΤΑ ΜΕΝ ΕΝ ΝΕΜΕΑ ΒΡΙΕΡΟΝ ΚΑΤΕΠΕΦΝΕ ΛΕΟΝΤΑ

ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΥΔΡΑΝ ΛΕΡΝΑΙΑΝ ΕΚΤΕΙΝΕ ΤΡΙΤΟΝΔΕ

κεμπρΟΝ ΕΝ ΑΡΚΑΔΙΑ ΣΤΙΚΤΗΝ ΕΛΑΦΟΝΔΕ ΤΕΤΑΡΤΟΝ

πεμΠΤΟΝ ΔΕ ΣΤΡΟΥΤΟΥΣ ΣΤΥΜΦΑΛΙΔΟΣ ΗΛΑΣΕ ΛΙΜΝΗΣ

πολλὴν αΥΓΕΙΑΟ ΕΦΟΡΕΙ ΚΟΠΡΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ ΕΛΘΩΝ

εκ κρήτΗΣ ΤΑΥΡΟΝ ΜΕΓΑ ΗΓΑΓΕΝ ΟΓΔΟΟΝ ΙΠΠΟΥΣ

------ ΕΞΕΛΑΣΕΝ διομΗΔΕΟΣ ΙΠΠΟΛΥΤΗΣ ΤΕ

ζωστηΡΑ ΕΞΕΚΟΜΙσε αΜΑΖΟΝΙΔΟΣ ΔΕΚΑΤΟΝΔΕ

------ ΕΚΤΕΙΝΕ ------- ΟΥΣ ΑΓΕΛΑΙΑΣ,

Communicavit mecum & aliam inscriptionem Vir & amicus summus,

mus, Isaacus Vossius, qua Herculis gesta recensentur. Eam, quamvis multis partibus mutilam, non tamen indignam existimavimus, quæ hac occasione publicetur.

ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΠΡΑΞΕΙΣ.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΝ ΝΕΑ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ
ΜΙΝΥΑΝ ΟΡΧΟΜΕΝΟΝ ΕΙΛΕ ΤΑΝ
ΠΟΛΙΝ ΕΡΓΙΝΟΝ ΦΟΝΕΥΣΑΣ ΤΟΝ
ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΑΙ ΤΑΝ ΛΙΜΝΑΝ ΕΠΙ
ΤΟΥ ΠΕΔΙΟΥ --- ΑΥΤΟΙΣ ΑΠΟ
ΦΡΑΞΑΣ ΕΤΑΤΑΜΩΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΛΥ
ΔΙΑΝ ΕΣΤΡΑΤΕΥΣΑΤΟ ΠΟΤΟΝ
ΦΟΛΑ ------ ΚΑΙΜΑ
ΟΝΑΣΑ ------ ΟΥΣ ΕΠΟΙΗ
ΣΕ ------ ΠΟΛΙΝ
------ ΣΤΑΣΑΝ
----------- ΕΒΟΑΘΟΝ
ΗΣΕ ------------
---------- ΚΗΤΕΩΣ ΚΑΙ
------ ΗΡΑΚΛΗΣ ΥΠΟ ΛΑ
ΟΜΕΔΟΝΤΟΣ ΕΙΣ ΑΡΓΟΣ ΑΠΗΛ-
ΘΩΝ -- ΙΣ

-- ΙΣ ΚΑΙ ---- ΕΝ ΤΙΡΥΝΘΙ ΤΕ
ΜΕΝΟΣ ΕΝΥΑΛΙΟΥ ΜΕΤΑ
ΤΕΛΑΜΩΝΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΠΗΛ
ΕΩΣ ------- ΟΙΚΑΣΟΣ ΕΠΙ
ΤΡΟΙΑΝ ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕ
ΝΟΣ -------- ΤΑΝ ΠΟΛΙΝ
--- ΛΑΟΜΕΔΟΝΤΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΥΙ
ΙΟΥΣ ------ ΑΣΠΛΑΝ
ΠΡΙΑΜΟΥ ---- ΛΩΝΤΕ
ΗΣΙΟΝΑΝ ----- ΝΤΑΝ
ΠΡΙΑΜΟΥ ΑΔΕΛΦΟΝ ΕΣ
----------- ΕΤΟ
----------- ΠΑΓ
----------- ΛΑΚΕ
---------- Α
----------- ΚΑΙ
---------- ΑΥΤΑΣ

----------- ΙΦΙΤΟΣ
---------- ΤΥΡΥΝΘΑ
---------- ΤΟΥΣ ----

---------- ΜΕΤΑ ΔΕ
--------- ΗΡΑΚΛΗΣ ---
--------- ΦΥΤΕΥΣΑΣ ΥΔΩΡ

ΑΥ-

---- ΑΙΤΩΛΙΑΝ ΕΛΘΩΝ
------- ΕΝ ΤΟΥ ----
-------- ΜΑΚΕ ---
-------- ΣΥΝ ΤΩ
----- ΡΟΙΣ ΟΙΤΙΝΕ

----- ΚΑΤΑ ΚΡΑ
Τ--- ΝΑΝΑ ----
---- ΤΙΟΥΣ ΠΑΑΝΦΥΛΕ
ΩΣ --------
--- ΚΑΙ ΠΥΛΟΝ ΗΡΑΚ--
ΦΑΞΕΠΛΑΝ ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΣΠΑΡ
ΤΑΝ ΔΕ ΛΑΒΩΝ ΔΩΡΥΑΛΩΤ
ΤΟΝ ΙΠΠΟΚΟΩΝΤΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ
ΠΑΙΔΑΣ ΦΟΝΕΥΣΑΣ ΣΥΝ
ΚΑΣΤΟΡΙ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ
ΦΕΥΓΟΝΤΙ ΚΑΤΑΓΑΓΕ ΚΑΙ
ΕΔΩΚΕ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΑ
ΤΟΥΤΩ ΔΕ ΠΑΛΙΝ ΕΙΣ ΠΙ
ΣΑΝ ΕΛΘΩΝ ΔΙΟΣ ΟΛΥΜ
ΠΙΟΥ ΑΓΩΝΙΣΣΑΤΟ ΚΑΙ
ΑΓΩΝΑ ΤΑ ΟΛΥΜΠΙΑ
ΠΡΩΤΟΣ ΑΓΩΝΙΣΣΑΤΟ
ΔΡΥΟΠΑΣ ΤΕ ΑΠΟ
ΠΑΝΤΑΣ ΕΛΑΒΕ ΚΑΙ

ΤΑΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑΣ
ΑΥΤΟΥ
ΜΑΛΣΕΥΙΟΝ ΕΘΕΤΟ ΚΤΗΣΙΠ
ΠΟΝ ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΕΝ ΟΥΝ ΤΡΑΑ
ΩΝΑ ΩΚΟΔΟΜΗΣΕ ΠΟΛΙΝ ΚΑΙ ΤΙ
ΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΝ ΑΥΤΑ ΚΑΤΩΚΙΣΕ ΤΟ
ΥΙΩ Δ ΕΠΙ ΘΡΑΚΑΝ ΣΤΑΤΕΥ-ΣΑΜ
ΕΝΟΣ ΔΙΟΜΗΔΗ ΕΦΟΝΕΥΣΕ ΚΑΙ
ΘΡΑΚΑΣ ΕΚΥΡΙΕΥΣΕ ΛΙΜΟΝ ΤΕ ΛΑ
ΒΩΝ ΣΑΡΠΑΔΟΝΑ ΤΟΝ ΑΡΛΟΝ-ΤΑ Α
ΠΕΣΦΑΞΕ ΚΑΙ ΘΑΣΟΗΝ Ε-ΛΩΝ ----
ΚΑΙ ΑΛΚΑΙΩ ΠΑΡΕΔΟΚΕ ΤΟ ΡΩ-ΝΑΝ
ΝΤΕ ΕΙΛΕ ΠΟΛΥΓΟΝΟΝ ΚΑΙ ΤΗ-ΛΕ
ΓΟΝΟΝ ΑΠΕΚΤΕΙΝΕ ΠΟΛΙΝ ΤΕ
ΑΒΔΗΡΑ ΕΠΙ ΘΡΑΚΑΣ ΗΡΑ-ΚΛΗΣ

ΝΙΣ -- ΤΟΥ ΘΡΟΝΙΚΟΥ ΥΙΟΥ Ε-
ΠΩΝΙ
ΜΟΝ ΑΒΑΠΡΟΥ ΚΑΙ ΣΑΤΑΝ ΚΑΙ
ΚΑΛΑΙΝ ΥΙΩ ΒΟΡΕΑ ΤΟΥ ΘΡΑΚΟΣ
-- ΚΑΙ ΑΝ --- ΕΠΙΒΟΥΛΗΣΑΝΤΑ
ΑΥΤΩ ΠΑΡΕΔΩΚΕ ΟΝ ΣΦΑΞΑΝ-
ΤΕΣ
ΑΥΤΟΥΣ ΕΙΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ ΕΡΡΕΙ-
ΨΕ ΤΟΥ
ΤΩΔΕ ΕΠΙ ΣΚΙΘΙΑΝ ----
ΜΑΛΑ ΕΝΙΚΑΣΕ ΤΑΔΕ ΘΥΓΑΤΡΙ
ΑΥΤΟΥ
ΞΥΝΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΛΙΔΝΑ ΥΙ-
ΟΥΣ Α
ΡΑ ΘΥΡΣΑΝ ΕΘΕΤΟ ΚΑΙ ΣΚΥΘΑΝ
ΤΩΔ ΕΠ ΑΜΑΖΟΝΑΣ ΗΛΘΕ ΚΑΙ
ΤΟΝ ΘΕΡΜΟΔΟΝΤΑ ΠΟΤΑΜΟΝ
ΕΝΙΚΑΣΕ ----- ΦΟΝΕΥΣΑΣ
ΚΑΙ ΦΟΝΕΥΣΑΣ ΙΠΠΟΛΥΤΗΝ
ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΠ ΑΥΤΗΣ ΠΟΛΙΝ ΗΡΑ-
ΚΛΗΣ ΕΛΩΝ Α
ΜΑΖΟΝΑΣ ΕΞΕΒΑΛΕ ΚΑΙ ΕΛΛΗ-
ΝΑΣ
ΕΝ ΑΥΤΑ ΚΑΤΩΚΗΙΣΕ ΤΟΥΤΩ ΔΕ
ΘΡΑΙΚΑΝ ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ ΔΙ

ΟΜΗ-

ΟΜΗΔΕΝ ΕΦΟΝΕΥΣΕ ΚΑΣΤΟΡΑ
ΔΕ
ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΗ Η ΗΡΑΚΛΕΙ ΞΙ-
ΝΑΥ
ΡΟΥΝΤΟΣ ΑΜΥΚΟΝ ΕΝΙΚΑΣΑ
Ν ΜΑΛΑ ΤΟΝ ΒΕΒΡΥΚΩΝΑ ΒΑ-
ΣΙΛΕ
ΗΡΑΤΩ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΟΝ ΙΝΔΟΝ ΗΛ-
ΘΕ
ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΙΝ
ΤΑΝ ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ ΟΙΚΙΣΖΕΙ
ΝΕΣΔΕΚΤΑΝ ΑΤΤΙΚΑΝ ΕΙΣ - - -
ΛΟΝ ΘΗΣΕΥΣ ΔΕ ΚΑΙ ΠΙΡ - - -
ΟΣ ΑΥΤΑΣ ΕΝΙΚΑΣΑΝ - - - -
ΚΑΙ ΛΑΒΩΝ ΘΗΣΕΥΣ ΑΙ - - -
ΤΑΝ ΥΠΠΟΛΥΤΑΝ ΕΞ Α - - -
ΙΠΠΟΛΥΤΟΝ ΠΟΙΕΙΤΑΙ - - - -
ΚΛΗΣ ΔΕ ΕΠΙ ΤΟ ΚΑΛ - - - -
ΟΡΟΣ ΗΛΘΕ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΟ - - -
ΣΟΝ ΟΡΟΣ ΗΛΘΕ ΚΑΙ - - -
ΝΟΕΙ ΠΟΛΕΜΟΥ ΛΑΒ - - -
- - - ΑΡΠΕΩΝ ΜΙΤΟΥ - - -
- - - - - - - - ΕΠΕΚΟ - - -
ΝΕΥΣΕ ΤΟΝ - - - -
ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΕΙΣΑ - - - -

ΗΛΘΕ ΚΑΙ ΗΜΑΘΙΩΝ ---
ΝΕΥΣΕ ΤΟΝ ΛΑΟΜΕ ---
ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΤΙ ΦΩΝΟΣ ---
ΗΜΑΘΙΩΝΟΣ ΑΠΕ ----
ΣΑΝ ΒΑΣΙΛΗΑΝ ----
ΟΝΙΤΟ -----
ΕΕΔΕΑΙ -------

Pag. 60. Ὃς ἰδὼν δράκοντα ἑτέρῳ δράκοντι πόαν ἐπιθέντα τεθνεῶτι] Historia est apud Isaac. Tzetzem his verbis: εὑρεθέντος δὲ αὐτοῦ νεκροῦ, συναπεκλείσθη αὐτῷ ἔν τινι οἰκήματι, ὥς τε ζωῶσαι αὐτόν. ἰδὼν δὲ δράκοντα ἐπὶ τὸν νεκρὸν ἐρχόμενον, θέλων ἀχρειῶσαι τὸν δράκοντα, ὅπως ἀναιρεθῇ ὑπ' αὐτοῦ, βαλὼν τυχαίως ἀνεῖλεν αὐτόν. ἕτερος δὲ δράκων, ἐλθὼν, καὶ βοτάνην ἐπιθεὶς τῷ τεθνηκότι δράκοντι, ἤγειρεν αὐτόν. ταύτην τὴν βοτάνην λαβὼν Πολύειδος, καὶ ἐπιθεὶς τῷ Γλαύκῳ, ἤγειρεν αὐτόν. Μίνως δὲ οὐδὲ οὕτως τὸν Πολύειδον εἴα εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὸ Ἄργος ἀπελθεῖν, πρὶν τῷ Γλαύκῳ διδάξαι τὴν μαντικήν. καὶ ὃς διδάσκει αὐτόν. Locus ita sonat Latinè: *Glauco mortuo reperto,*

to, una inclusus est domicilio cuidam Polyeidus, ut ipsum ad vitam revocaret. Videns verò ad mortuum accedere draconem, atque exasperare eum volens, ut ab ipso interficeretur, forte fortuna jactu sustulit. Adveniens autem alter draco, apposita draconi herba, mortuum resuscitavit. Acceptam & eandem herbam postquam Glauco applicuisset Polyeidus, vitam sic quoque illi restituit. Non sivit autem Minos Argos in patriam abire Polyeidum, quin priùs divinationem Glaucum docuisset. quod fecit.

Ibid. Καὶ οὗτος τὸ αὐτὸ ποιήσας εἰς τὸν Γλαῦκον, ἀνέστησεν] MS. καὶ αὐτὸς αὐτὸ ποιήσας τῷ Γλαύκῳ ἀνέστησεν αὐτόν. Ac statim subjungit de suo interpolator; ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον ἀποθανόντα ἄνδρα ἀναστῆναι, ἢ ὄφιν, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο ζῶον:

Ibid. Γλαῦκος πιὼν μέλι ἐταράχθη] Inter venena quoque numeratur mel Ponticum, quod mentem de statu dejicit, cum multa su-

doris profusione, uti est apud Dioscoridem lib. II, cap. CI. Proditum item Antonio Herreræ, atque exinde Eusebio Nierebergio, in provincia Veræ-pacis mel adeo esse noxium, ut iis, qui mulsum inde confectum biberint, deliria conciliet.

Ibid. Ὃς ἰδὼν τὴν πόαν] Scriptus: ἤδη καὶ ἐκλείποντος αὐτοῦ, εἰδὼς τίνα πόαν ὠφελοῦσαν. atque in fine post ἀνέστησεν addit: ἣν παρὰ δράκοντος ἔμαθεν. ἀφ᾽ οὗ οἱ μυθογράφοι τὸν μῦθον ἔπλασαν.

Pag. 62. Ἢ ἄλλό τι τῶν χερσαίων ζῶον] Vetus hic iterum copiosior: ἢ ἄλλό τι τῶν χερσαίων ἐν θαλάττῃ ζῶον· ὁπότε οὔτε ποτάμιον ἐν τῇ θαλάττῃ, οὔτε τὸ ἀνάπαλιν ἐν τῷ ποταμῷ τὰ θαλάσσια ζῶον δύναται· μάταιος οὖν ὁ λόγος.

Ibid. Γλαῦκος ἦν ἀνὴρ ἁλιεὺς, Ἀνθηδόνιος τὸ γένος] Anthedon civitas, Anthedonia regio Bœotiæ, in qua vixit Glaucus. Quibusdam perperam vocatur filius Anthedonis.

Ano-

Anonymus fabulator ineditus, cujus & ſupra mentionem feci: *Glaucus piſcator fuit, Antedonis filius, qui extractam è mari prædam in litore projecit. Piſces herbarum tactu revixerunt. Intellexit Glaucus hanc illorum graminum naturam eſſe, ut immortales efficerentur, qui de iis guſtâſſent. Itaque avellit & guſtavit. Quo facto, mente alienatus ſe ex alto in pelagus præcipitavit. Sic depoſito humano corpore, in marinum deum fingitur verſus eſſe.* Hæc paullo aliter memorat Servius ad illud Virgilii Æn. v.

Tum variæ comitum facies, immania cete,
Et ſenior Glauci chorus, Inouſque Palæmon,
Tritoneſque citi, Phorcique exercitus omnis.

Ibid. Κολυμβώντος δὲ ἐν τῷ λιμένι, ὁρώντων αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει.] Scriptus κολυμβητῶν, & mox, τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως. Ego ſic legero, & pro-

 cul

cul dubio verius: κολυμβῶντα δὲ ἐν τῷ λιμένι ὁρώντων αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει.

Ibid. Ἦν δὲ ἡ χίμαιρα, ὥς φασιν, ἔμπροσθεν μὲν λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα] Prætereuntur hæc verba in veteri libro; an recte, non putem. Neq; item rationem video, cur vir eruditus in Apostolii Cent. XVI, ex Hesiodo reponi hic velit,

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Vix unquam enim aut poëtæ testimonio utitur Palæphatus, aut versum è poëta adducit.

Ibid. Θηρίον, τρεῖς ἔχον κεφαλάς] Recte in scripto additur, σῶμα δὲ ἕν. & rectiùs linea subsequenti suppletur, λέοντα καὶ αἶγα ὁμοίᾳ τροφῇ χρῆσθαι.

Pag. 66. Βελλεροφόντης ἦν Φρύγιος ἀνήρ] Aliter is dictus fuit Hipponus, Phrygiæ præfectus, juxta Isaac. Tzetzem in Lycophronem.

Ibid. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος] Idem Tzetzes, ait, ἀλλὰ πλοίῳ ἐμ-

ἐμβὰς, ὃ πλεῖον τυγχάνει τὰ λαίφη, *cujus vela alarum instar erant*. Sed nihil veriùs, quàm navem Bellerophontis Pegasi nomen obtinuisse, quòd in prora insigne vel parasemon haberet equi alati. de quo veterum more & nos supra ad Caput Europæ nonnulla attulimus. Præter insigne & animalis alicujus προτομὴν, erat certa navium Tutela; quæ & significatione & loco differebat à parasemo, ut primus in Plinianis Exercitationibus observat Claudius Salmasius. Nempe in ea nave, qua trajecit Europa, Taurus insigne, Iupiter Tutela fuit. Sic in illo Virgilii x Æn.

Massicus ærata princeps secat æquora tigri,

pro parasemo erat tigris in prora supra rostrum posita. De tutela autem Apollinis, quem pictum in puppi habuit, statim subsequitur:

——Huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.

Mul-

Multum hîc fallitur Servius, cum dicit; *Naves ſolent vocabula accipere à pictura tutelarum*, pro paraſemorum.

Ibid. Ὄρος δὲ ἦν ὑψηλὸν ὑπ' αὐτῷ, ᾧ ὄνομα Τελμισσός] Ex veteri libro lectionem hanc erui poſſe exiſtimo veriſſimam: ὄρος δὲ ἦν ὑψηλὸν ὑπ' αὐτῷ, οὗ ἡ Τελμισσὸς ὕλη περικέχυται. Novimus ex Stephano & aliis, Τελμισσὸν urbem eſſe Lyciæ, cujus incola Τελμισσεὺς & Τελμισσὶς, nomen gentile Τελμίσσιος, & femininum Τελμισσιὰς; item Τελμισεῖς ἔθνος περὶ Λυκίαν, Heſychio: at montem eſſe prope Xanthum civitatem, nomine Telmiſſum, neſcio an quiſquam veterum ſcribat; ut perperam dubio procul ex corrupto Palæphati loco hoc colligant recentes Geographi. Et niſi Sylva Telmiſſus intelligeretur, quare auctor noſter paullò infra mentionem faceret lignatorum, & exuſti à Bellerophonte Telmiſſi?

Ibid.

Ibid. Ἐπὶ τούτοις δέ ἐστιν ἕτερον ὄρος, ᾧ ὄνομα χίμαιρα] Iterum rectissime MS. τούτῳ δὲ τῷ ὄρει ὄνομά ἐστι χίμαιρα. Notat enim eum montem, cujus supra nomen non addidit, sed simpliciter vocavit ὄρος ὑψηλόν. Alii Cragum esse montem dicunt, cui fabula Chimæræ affingitur. Strabo lib. XIV, in descriptione Lyciæ: μετὰ τοῦτον ὁ Κράγος, ἔχων ἄκρας ὀκτὼ, καὶ πόλιν ὁμώνυμον. περὶ ταῦτα μυθεύεται τὰ ὄρη τὰ περὶ τῆς Χιμαίρας. *Postea Cragus, qui vertices habet octo, & urbem sibi cognominem. Huic monti fabula Chimæræ adscribitur.* Ibidem & Chimæra convallis est, à littore sursum tendens. Plinius auctore Ctesia Chimæram quoq; in Phaselitide ponit, flagrantem immortali diebus ac noctibus flammâ. Sed hoc verum est de jugis Hephæstiis, non item de Chimæra, satis longe à locis istis remotâ.

Pag. 68. Κατὰ μὲν τὴν πρόβασιν οἴκων, λέων ἔμπροσθεν, ὄπισθεν δὲ δράκων]

κων] Vtique legendum: καὶ μὲν τὴν πρόσθεν πρόβασιν λέων οἰκῶν, καὶ δὲ τὴν ὄπισθεν δράκων.

Pag. 70. Ἀφίκοντο εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον] Adjicit felicitatem itineris scriptus, περὶ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν τὸ πᾶν διανύσαντες.

Pag. 72. Ἀθάμας ὁ Στόλου τοῦ Ἕλληνος ἐβασίλευσε τῆς Φρυγίας] MS. Ἀθάμας ὁ Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος ἐβασίλευσε τῆς Φθίας. Pro Στόλου & hic & in Apostolio necessario reponenendum Αἰόλου. Apollonii Scholiastes, Αἰόλου γὰρ τοῦ Ἕλληνος Κρηθεὺς καὶ Ἀθάμας: & Hyginus in Astronomico: *alii dicunt Crethea & Athamantem cum aliis pluribus Æoli filios fuisse.* Qui Palæphato rex Phrygiæ, multis Bœotiæ dicitur & Thebarum. Vt Apollodoro lib. I. τῶν δὲ Αἰόλου παίδων Ἀθάμας δυναστεύων Βοιωτίας. *ex Æoli filiis Athamas Bœotiæ regulus.* Sic quoque in commentario ad Lycophronem Isaacius Tzetzes. Ἀθάμας ὁ Αἰόλου τοῦ Ἕλλη-

ν@ παῖς, βασιλεὺς ἦ Θηβῶν. Ego tamen tanquam veram probaverim lectionem MS[i], pro Φρυγίας habentis Φθίας. Phthia enim & pars Thessaliæ fuit & urbs, condita à Phthio Hellenis patre, qui & ipse Helladem de nomine suo appellavit. Ita legimus plurimas fuisse in Thessalia urbes à posteris Hellenis nominatas; quas inter Pheræ, à Pherete Crethei filio, vel Phera filia Æoli. Stephanus περὶ πόλεων, Φεραὶ πόλις Θεσσαλίας ἀπὸ Φέρητος τοῦ Κρηθέως, ἢ Φερᾶς τῆς Αἰόλου θυγατρός. Verisimilius itaque, Athamantem avitum & fortassis patrium quoq; regnum obtinuisse, quàm ad alias migrâsse gentes; & sive Phrygiæ, sive ditioni imperitâsse Thebanæ.

Ibid. Ἐπίτροπος τῶν χρημάτων] Codex vetus, καὶ τῆς ἀρχῆς ὑποβασιλεύς: & mox ab his verbis ὃς αἰσθόμενος τὸν Ἀθάμαντα, usque ad, ἣ μὲν οὖν Ἕλλη κατὰ τὸν πλοῦν ἀσθενήσασα, sive genuina auctoris, sive adulte-

rina interpolatoris, interseruntur hæc in eodem codice: Ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε ἡ μήτηρ, Φρίξῳ ὅτι πρεσβύτερος ἦν τὴν ἀρχὴν ἔδωκεν. αἰσθόμενος δὲ ταῦτα ὁ κριὸς, πρὸς μὲν τὸν Ἀθάμαντα οὐδὲν λέγει, πρὸς δὲ τὸν Φρίξον φησὶ, κελεύων ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς καὶ αὐτῷ ναῦν στείλας, καὶ ἐκθέμενος ὅτι ἦν πολλοῦ ἄξιος Ἀθάμαντι, καὶ γεμίσας τὴν ναῦν ἁπάντων ἀγαθῶν, καὶ χρημάτων, ἑαυτῷ εἰκόνα ἰσόμετρον χρυσῆν ἐποιήσατο. ἦν δὲ ὁ χρυσὸς πολὺς, καὶ ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ μέγας ἐγένετο. ὁ δὲ Φρίξος (lego Κριὸς) κατεσκεύασε ναῦν καὶ ἐνέθετο οὖν εἰς τὴν ναῦν ταῦτα, καὶ Φρίξον καὶ Ἕλλην, καὶ ᾤχετο ἀπιών. Sunt qui pro insigni navis arietem hunc accepêre, referente Diodoro lib. IV. Διαπλεῦσαι γὰρ αὐτόν φασιν, οἱ μὲν ἐπὶ νεὼς προτομὴν ἐπὶ τῆς πρώρας ἐχούσης κριοῦ, καὶ τὴν Ἕλλην δυσφοροῦσαν ἐπὶ τῇ ναυτίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῦ τοίχου τῆς νεὼς ἐκκύπτουσαν, εἰς τὴν θάλασσαν πεσεῖν. *Quidam enim Phryxum navi* *tra-*

tradunt vectum, cujus in prora facies arietis expressa fuerit, & Hellen, cum nauseæ molestiam evomitura in pariete navis promineret, in mare decidisse.

Pag. 74. Καὶ γαμεῖ Φρίξος τὴν τοῦ τῶν Κόλχων βασιλέως θυγατέρα Αἰήτου] MS. βασιλέως Αἰήτου θυγατέρα καλλιόπην: pro quo Apollodorus & Isaacius Tzetzes χαλκιόπην habent; & sic fortassis mutandum.

Ibid. Δοὺς ἔδνα τούτῳ τὴν χρυσῆν εἰκόνα τῆς Ἠοῦς &c.] Scriptus longè aliter: δοὺς ἔδνον τὴν χρυσῆν εἰκόνα τοῦ κῳδίου, ὕστερον δὲ Ἀθάμαντος τελευτήσαντος Ἰάσων πλεῖ τῇ Ἀργοῖ ἐπὶ τοιοῦτον χρυσὸν, ἀλλὰ οὐχὶ δέρμα κριοῦ. οὕτως ἔχει ἡ ἀλήθεια. Puto hic lapsum esse librarium, sive interpolatorem, & pro Αἰήτου posuisse Ἀθάμαντος.

Pag. 76. Εἰς ἀέρα ἦλθε] Scriptus, εἰς σέριφον ἦλθεν, & respicit ad Polydecten Seriphi regem.

Ibid. Οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κυρήνην] Equidem nihil censeo mutandum, etiamsi vir longè eruditissimus Palæpha-

læphatum non de Cyrenaica, sed de Cerne loqui existimet.

Ibid. Ὃς Φόρκυν ἐβασίλευσε τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. εἰσὶ δὲ τρεῖς] Corrigendum ex veteri codice: οὗτος ὁ Φόρκυν ἐβασίλευσε τῶν νήσων τῶν ἔξω Ἡρακλείων στηλῶν. Intelligit enim eas insulas, quas paullò infra ait, mortuo patre Phorcyne, filias Gorgones obtinuisse. Fuêre illæ αἱ Γοργάδες, nempe à Γοργώ, Γοργὰς, & Γοργὶς; tradiditque Xenophon Lampsacenus, eas obversas esse contra promontorium Hesperu ceras, quod hodie esse volunt *Caput viride*. Quæ insulas eas inhabitant, miræ fuisse pernicitatis feminæ perhibentur. Plinius: *Penetravit in eas Hanno Pœnorum imperator, proditque hirta feminarum corpora viros pernicitate evasisse.*

Pag. 78. Τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδειαν] Hesychius, Βένδις ἡ Ἄρτεμις, Θρακιστί. παρὰ δὲ Ἀθηναίοις ἑορτὴ Βενδιδία. Et deinde in voce

Δί-

Δίλογχον, τὴν Βένδιν Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις ἐκάλεσεν, ἤτοι ὅτι δύο τιμὰς ἐκληρώσατο, ἐρανίαν τε καὶ χθονίαν. οἱ δὲ ὅτι δύο φῶτα ἔχει, τὸ ἴδιον καὶ τοῦ ἡλίου. Τὴν γὰρ σελήνην Βένδην καὶ Ἄρτεμιν νομίζουσιν. Fortaſſis gemino hoc loco βένδιν, vel βένδειαν ſcribendum.

Ibid. Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν] Hoc nomine Cicero libro de natura Deorum tertio, quo plures commemorat Dianas, tradit tertiæ Dianæ patrem vocatum fuiſſe, & Deam paterno nomine *Vpin* à Græcis nuncupatam. Virgilius Opin appellavit, & cognomen hoc, licet Deæ proprium, uni tamen ex comitibus attribuit.

Velocem interea ſuperis in ſedibus Opin
Vnam ex virginibus ſociis, ſacrâque catervâ
Compellabat.

Ibid. Σθενὼ, Εὐρυάλην, καὶ Μέδουσαν] Hæ Gorgones appellantur ab in-

interprete Æſchyli in Prometheo, & diſtinguuntur à filiabus Phorcynis, quarum nomina putantur, Enyo, Pephydo, & Deino.

Ibid. Καὶ αὐτῷ ἐν παντὶ πράγματι ἐχρῶντο ὥσπερ ὀφθαλμῷ] Sic ex regiis miniſtris quoſdam, ſignificantes imperatoribus quod erat ſcitu opus, *Aures* & *Oculos* vocatos fuiſſe, cognoſcere eſt ex eleganti loco Apuleji de Mundo, ubi de potentia Cambyſis & Xerxis & Darii. *Erant*, inquit, *inter eos & diverſa officia. in comitatu regio armigeri quidam, at extrinſecus ſinguli cuſtodes locorum erant, & janitores & atrienſes. Sed inter eos Aures regiæ, & Imperatoris Oculi quidam homines vocabantur.*

Pag. 80. Πρῶτα μὲν ναυλοχεῖ ἐν τῷ πορθμῷ &c.] Totum locum ſic reſtituo ex veſtigiis ſcripti libri: πρῶτα μὲν ναυλοχῶν ἐν τῷ πορθμῷ μεταξὺ τῆς Κυρήνης καὶ τῆς Σάρδεων διαπλέοντα παρὰ τῆς ἑτέρας πρὸς τὴν ἑτέραν

ραν τὸν ὀφθαλμὸν λαμβάνει. Nihil esse puto hac lectione verius.

Ibid. Ὧν μία φράζει αὐτῷ] Scribe, ὁ μὲν φράζει αὐτῷ, nempe ὁ ὀφθαλμός.

Ibid. Ἐπεὶ οὐκ εἶχον τὸν ὀφθαλμὸν ἐν τῷ μέρει, κατὰ τὸν εἰρημένον λόγον, συνήεσαν ὁμόσαι] Lubentius & hîc admisero lectionem veteris codicis: ἐπειδὴ οὐχ ἧκεν ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ μέρει, κατὰ τὸ εἰρημένον, συνίησαν ὁμόσε.

Καὶ συναγαγόντων αὐτῶν] MS. hæc prorsus aliter: οἱ δὲ ἡμέραν αὐτὸν ᾐτήσαντο ἐν αἷς συλλέξουσι τὰ χρήματα. συναγαγόντες οὖν λίθους ἀνδρομήκεις, ἔθηκαν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἐκλίποντες τὴν Σέριφον ᾤχοντο.

Pag. 84. Στρατείαν δὲ γυναικὸς οὐδέποτε εἰκὸς γενέσθαι] Eustathius in Iliados I: τίς ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν στρατὸς ἢ πόλις ἢ ἔθνος, συσταίη ἄν, χωρὶς ἀνδρῶν. καὶ οὐ μόνον συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσεται ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν καὶ κρατήσει. ὅμοιον γὰρ τοῦτο, ὡς ἄν, εἴ τις λέγῃ, ποῦ μὲν ἄνδρας ποῦ

τότε,

τότε γυναῖκας γεγονέναι· τὰς δὲ Γυναῖκας ἄνδρας. hoc eſt, quis autem crediderit mulierum exercitum ſive urbem, ſive gentem, ſine viris conſiſtere; neque conſiſtere ſolùm, ſed irruptionem facturam in terram alienam, indeque victoriam reportaturam. Idem hoc eſt, ac ſi quis dicat, viros eo tempore feminas fuiſſe, vel feminas viros.

Pag. 88. Καὶ τί φαυλότερόν ἐστι, τοῦ πρῶτον γένος ἐκ μελίας γενέσθαι] Caput hoc in codice Londinenſi ſic auctum legitur: Τὸ πρῶτον γένος ἄνωθεν ἐκ μελιῶν γενέσθαι φασί. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀμήχανον ἐκ ξύλων ἀνθρώπους γενέσθαι· ἀλλὰ Μέλιός τις ἐγένετο, ἐκ Μελίαι ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου, ὥσπερ Ἕλληνες ἀπὸ τοῦ Ἕλληνος, καὶ Ἴωνες ἀπὸ τοῦ Ἴωνος· ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐφθάρη τὸ γένος ὅλον, ᾗ δὴ καὶ τὸ ὄνομα ἀπεσβέσθη. σιδηρεῖ δὲ καὶ χαλκῆ γενεὰ οὐδέποτε ἐγένετο, ἀλλὰ ἐφλυαρήθη ταῦτα. De generatione ex fraxinis vide Heſiodum, atque ejus interpretes.

Ibid.

Ibid. Περὶ Ἡρακλέους φυλλίτου] Locus hic maximè depravatus circumfertur in utraque editione, & Aldina & Basileensi: Περὶ Ἡρακλέους. Λέγεται ὡς ἐφ' ἑαυτῷ εἶχε φύλλα. ὁ οὖν φυλλίτης: εἰ καὶ ἰδιώτης ὑπῆρχεν, ἐπινοήσας ἔκαυσεν. Ac nullibi magis infantiam & judicii defectum prodidit Philippus Phasianus, qui nobis Basileensem editionem cum inepta sua versione dedit, quàm in his verbis de Herculis clava Phyllite. Quis risum teneat ad elegantem hanc interpretationem admissus? *Dicitur, quod ex se Hercules folia quædam habuit, ipse igitur Phyllires dictus, etsi privatus humilisque sortis existeret, cogitans tamen, quorsum illa Hercules gestaret, combussit.* Nos aliter excudi curavimus, prout locum depravatum emendari posse indicavit aliquando mihi Vir amplissimus & summæ eruditionis, Isaacus Vossius. Περὶ Ἡρακλέους φυλλίτου. Λέγεται ὡς ἐφ' ἑαυτῷ

ἔσχε φύλλα· ὁ οὖν φυλλίτης, εἰ καὶ ἰδιότης ὑπῆρχεν, ἐπὶ πόη ςὰς ἔκυσεν. Illud vero, εἰ καὶ ἰδιότης ὑπῆρχεν, vertit; *etiamsi ea sit proprietas*. Sensus itaque erit, Herculis clavam, terræ vivæ infixam, repullulâsse. Sed hoc adeò non usque mirum esse, cum ea etiam plurium lignorum sit proprietas, ut si terræ inserantur, folia nonnunquam producant. Atque hoc præsertim Oleastris convenit. Herculis autem clavam ex Oleastro fuisse decisam, & regerminâsse, prodit in Corinthiacis Pausanias. Πρὸς τούτῳ τῷ ἀγάλματι τὸ ῥόπαλον θεῖναί φασιν Ἡρακλέα. καὶ ἦν γὰρ κοτίνου. τοῦτο μὲν ὅτῳ πιστὰ ἐνέφυ τῇ γῇ, καὶ ἀνεβλάστησεν αὖθις· καὶ ἔστιν ὁ κότινος πεφυκὼς ἔτι. *Ad simulacrum hoc Hercules, ut dicunt, clavam deposuit, & ex oleastri ligno factam, si cui credibile videtur, terræ inseruit, rursusque ea pullulavit. Quo in loco oleaster etiamnum conspicitur.* Ita lignum oleaginum, in opere positum, pullulare adfir-

adfirmat Theophraſtus. Neque id alienum in plantis aliis. Ariſtoteles lib. IV. de partibus Anim. ait herbam quandam, in Parnaſſo naſcentem, quibuſdam ἐπίπετρον dictam etiam evulſam & ſeparatam à natali ſolo, paxilloque ſuſpenſam vivere. De Cepitiis & ſempervivo narratur, eas plantas locis humidis conditas ſæpenumero germinare. Romuli haſtam in monte Albano fronduiſſe ac floruiſſe, teſtatur Ovidius XV. Metam.

Vtque Palatinis hærentem collibus olim
Cum ſubito vidit frondeſcere Romulus haſtam;
Quæ radice nova, non ferro ſtabat adacto,
Et jam non telum, ſed lenti viminis (arbor,
Non exſpectatas dabat admirantibus umbras.

Contrarium eſt, quod de ſceptro ſuo apud Homerum Iliados primo loquitur exulceratus Achilles:

Ναὶ

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλα τε καὶ φλοιόν· νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλάμης φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται.

His non abſimile eſt illud Virgilii:

Vt ſceptrum hoc (ſceptrum dextra nam forte gerebat)
Cum ſemel in ſylvis ima de ſtirpe reciſum,
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro,
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbram:
Matre caret, poſuitque comas, & brachia ferro
Incluſit, patribuſque dedit geſtare Latinis.

Pag. 90. Ὣς δὲ μάταιον, τὸ ἄνδρας

δρας ἐκλίθεσθαι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας] Interpolator, μάταιόν ἐστιν ἄνδρας ἰχθύσι σωθήκας τίθεσθαι. De Ceto Trojanis à Neptuno immiſſo, fabula notiſſima.

Ibid. Τὸ παραθαλάσσιον τῆς Ἀσίας ἕλος] M S. ἅπαν τῆς Ἀσίας παραθαλάσσιον. Nihil autem mutandum, neque propter τὸ ἅπαν ſcripti libri ſcribendum ὅλον. Non enim intelligitur lacus Aſcanius per παραθαλάσσιον ἕλος; ſed ἕλος hic eſt littus amœnum & σύνδενδρον, idemque planè quod ἀκτή. Talis autem eſt tota illa ora maritima Troadis.

Pag. 92. Λέγεται δὲ περὶ Ὕδρας] Hæc multa ampliora in veteri libro, initio præſertim, uſque ad iſta verba ſequentis paginæ: ὁ γὰρ Λέρνος οὐκ ἤθελεν αὐτῷ ὑποτετάχθαι. Si non ſuſpecta eſſent, tanquam ab interpolatore profecta, potuiſſent etiam in textum admitti. Nunc verò ſufficiet illa ipſa commentarii loco hîc me recenſuiſſe. Λέγεται δὲ περὶ Ὕ-

δρας

δρας τῆς Λερναίας, ὡς ὄφις ἦν, ἔχων πεντήκοντα κεφαλὰς, σῶμα δὲ ἕν· καὶ ἐπειδὰν αὐτῆς ἀφέλετο μίαν Ἡρακλῆς κεφαλὴν, δύο ἀνεφύοντο. καὶ καρκῖνος δὲ ἦλθε βοηθῶν· καὶ τότε δὲ ὅτι Ἰόλαος ἀμύνει τῷ Ἡρακλεῖ, ἐπειδὴ καὶ τῇ Ὕδρᾳ ἤμυνεν ὁ καρκῖνος. Τούτων δὲ εἴ τις πείθεταί τι γενέσθαι, μάταιός ἐστι. γελοία γὰρ καὶ ἡ ὄψις, καὶ πῶς ὁπότε ἀφέλετο μίαν κεφαλὴν, ὑπὸ τῶν λοιπῶν οὐ κατεσθίετο, καὶ ἤλγει. ἦν οὖν τοιοῦτο. Λέρνος ἦν βασιλεὺς τοῦ χωρίου. εἶχε δὲ καὶ ἀπ' ἐκείνου τὸ ὄνομα τὸ χωρίον. Ἀρχεῖοι δὲ νῦν ἔχουσιν. ἦσαν δὲ αἱ πόλεις τότε Ἄργος, Μυκήνη, Τυρίνθη, Λέρνη· καὶ βασιλεὺς ἐφ' ἑκάστῳ πέτακτο τῶν χωρίων τούτων. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι βασιλεῖς Εὐρυσθεῖ τοῦ Σθενέλεω τοῦ Περσέως ἐπετάττοντο· εἶχε γὰρ τὸ μέγιστον, καὶ πολυανδρότατον τὰς Μυκήνας. Ita lege.

Pag. 94. Οὓς ἐπίεσαν ἐπὶ τῷ πύργῳ ἀδιαλείπτως] MS. οἱ ἐπήεσαν; atque ſic corrige in Apoſtolio, ubi οὓς ἐπήεσαν, pro οὓς ἐπίεσαν, vel οἱ ἐπήεσαν. Ibid.

Ibid. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ πολιχνίῳ Ὕδρα] Stephano Ὕδρα est insula Libyæ circa Carthaginem; Hesychio νῆσος εὐτελὴς Dolopum; Straboni palus Ætoliæ, postea dicta Lysimachia; item promontorium, quod sinum efficit Elaiticum. Vrbem fuisse sic nuncupatam, unus dicit Palæphatus.

Pag. 96. Καὶ γράφουσι τὴν Ὕδραν ὄφιν] Nulli, quod sciam, veterum tradita est illa explicatio, quam adfert Heraclitus περὶ ἀπίστων: Εἰκὸς δὲ νεοσσοὺς αὐτὴν ἐσχηκέναι πολλοὺς, οἳ συνόντες αὐτῇ, καὶ τεκούσῃ βοηθοῦντες, τοὺς προσιόντας ἀπώλλυον μετ' αὐτῆς. *Par est, eam multam habuisse sobolem, quæ illi convivens, atque decertans unà cum ea, incautè obrepentes perdebat.*

Pag. 98. Τῷ μὲν Κέρβερος, τῷ μὲν Ὄρθος] MS. τῷ δὲ Ὄρθος; ac mox, τὸν μὲν Ὄρθον Ἡρακλῆς &c.

Ibid. Ἀνὴρ Μυκεναῖος τοὔνομα Μολοττός] Plutarchus Theseo meminit

minit Aïdonei Molossi; qui cùm Herculem hospitio excepisset, ac sermonem fortè fortuna movisset de Theseo,& Perithoo, quæ suscepissent facinora, & detecti cùm fuissent, quid essent passuri: tulit graviter Hercules alterius turpem exitum,& alterius periculum. Paullò ante narraverat, ut Theseus ad præstandam Perithoo operam,cum eo in Epirum profectus fuerit ad Aïdoneum Molossorum regem, qui uxori Persephone nomen indiderat, filiæ Proserpinæ, cani Cerbero; ac cum eo pugnare jusserit procos puellæ, promittens eam victori. Simulac verò animadvertisset, Perithoum non procatum, sed raptum venisse, corripuerit utrumque, ac Perithoum extemplo intermerit per canem, & Thesea in vinculis servaverit, posteáque reddiderit Herculi. Historiam Cerberi ab Hercule reducti Aïdoneo Thracum regi attribuit & Eustath. in Iliad.θ.

Ibid.

Ibid. Καὶ τ κιύα καλειργνύεσιν ἐν τῇ Λακωνικῇ ἐπὶ Ταινάρῳ ἐν σπηλαίῳ τινί] Geographus lib. VIII mentionem itidem facit hujus antri in sinu Laconico: Ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τῆς παραλίας, τὸ μὲν Ταίναρον ἀκτή ἐστιν ἐκκειμένη· τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ Ποσειδῶνος, ἐν ἄλσει ἱδρυμένον· πλησίον δ' ἐστὶν ἄντρον, δι' οὗ τὸν Κέρβερον ἀναχθῆναι μυθεύουσιν ὑφ' Ἡρακλέους ἐξ ᾅδου. *Verum in oræ maritimæ sinu Tænarum est, acta in mare porrecta, quæ continet Neptuni fanum in Luco situm: pone est antrum, per quod Cerberum ex inferis ab Hercule extractum fabulantur.*

Pag. 100. Καὶ Ἡρακλῆς αὐτὴν διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀφελόμενος] Legit Scriptus, ἀφελόμενος τὸν θάνατον. Scribe ergo αὐτῇ.

Ibid. Ἄκαστος ὁ Πελίου ἐδίωκεν αὐτάς] Hæc ita habet MS. ἐδίωκεν αὐτὰς, ἀποκτεῖναι θέλων ἀντὶ τοῦ πατρός· καὶ τὰς μὲν ἄλλας λαμβάνει, Ἄλκηστις δὲ φεύγει εἰς Φερᾶς. Pelias autem ductâ

 Bian-

Biantis filia Anaxibiâ, five, ut quidam volunt, Philomache Amphionis, filium Acaftum genuit, & feminei fexus, Pelopean, Hippothoën, Alceftin, & Pifidicen; pro qua perperam Hyginus *Ifidoce*. Corrige eum & alio loco cap. LI; ubi, *Alceftin Peliæ & Anaxobies, Dimantis filiæ, filiam complures proci petebant in conjugium* pro, *Anaxibiæ Biantis filiæ*. Explicationem fabulæ phyficam vide apud Fulgentium Planciaden fine libri primi. Et integram hiftoriam optimè defcriptam à Ioanne Tzetze Chil. II. Hift. LII.

Pag. 101. *Ἀποκλείνειν αὐτόν*] Videntur deeffe, quæ fupplet codex vetus: *εἰ μὴ παραδώσει τὴν ἰκέτιν οὖσαν*.

Pag. 104. *Ἀπεδείκνυντο μισθῷ*] MS. *ἀπεδείκνυντο μισθὸν*, & indicabant mercedem, ob quam citharam effent pulfaturi. Maximus Tyrius Differt. XXI: *ἀλλ' ὑπὸ μέλει ἐμβατηρίῳ καὶ τακτικῷ συναγαγὼν εἰς*

φά-

φάλαγγα τὴν Βοιωτῶν νέους, τεῖχος ἄμαχον ταῖς Θήβαις περιέβαλεν, h. e. *Sed bellica militarique modulatione in acie Bœoticam juventutem ordinabat, atque ita Thebas muro cingebat inexpugnabili.* Scribit Hyginus, Zethum & Amphionem Thebas muro cinxiſſe uſque ad *Semelæ buſtum.* Ita eum locum emendat doctiſſimus Vir, Adrianus Turnebus, Adverſ. lib. XXVIII, cap. XLIII; cùm perperam in Hygino legatur *ſemeduſtum.* Notum enim Semelæ buſto urbis pomœrium definiiſſe Thebarum conditores.

Ibid. Ἐκέλευον οὖν οἱ περὶ τὸν Ἀμφίονα] Vera lectio. Idem eſt, ac ſi diceret, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. Sic ſupra; ἀναιροῦσιν τὴν περὶ Ἀταλάντην; item, ὡς οἱ περὶ Ἀταλάντην καὶ Μηλανίωνα εἰς λέοντας μετεβλήθησαν. & vertendum: *dilacerârunt Atalantam & Melanionem: ut Atalanta & Melanion in leones eſſent converſi.* Vide, ſi placet, quæ ad iſtum locum annotavimus.

 Ibid.

Ibid. Οὐ μέντοι οἱ λίθοι ἀκροώμενοι ἵσαντο] Scriptus ad fabulam magis respiciens, οἱ λίθοι εἵποντο ἀκροώμενοι. Amphionem oratoria facultate excelluisse, atque orationis lenocinio homines ad exstruenda mœnia perduxisse, testatur Albricus.

Pag. 106. Α'φικέσθαι] Subjicit vetus, ὅπερ ἐστὶν ἀπέθανον τὸ, καὶ τοσαύτας ἡμέρας ἄσιτον μένειν. Hæc addidit interpolator, quia ad similem modum locutus erat auctor de Phryxo & Helle.

Ibid. Διαφθείρει εἰς Αἴγυπτον] Aliter hæc exprimuntur in MS. Διαφθείρει· καὶ πελδύλαῖον ἐμπόροις τισὶ ξένοις δίδωσι ἑαυτὴν, καὶ ἱκετεύει ἐξάγειν εἰς Αἴγυπτον. Navis parasemon erat bos, qua in Ægyptum navigavit Io, ibique Epaphum peperit. Is ex Memphi, Ægyptii regis filia, procreavit Libyam; ex qua & Neptuno, hoc est, regulo insulari, cujus verum nomen ignoratur, procreati sunt incliti heroës, Agenor, & Belus.

Belus. Consule Chronicon Alexandrinum.

Ibid. Τοὺς οὖν χαίροντας ἐκ τοῦ πολιὰς ἔχειν μέλαινας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι] Locus obscurus. Ego sic emendo, & distinguo: τὸν οὖν χαίροντας ἐκ πολιῶν μέλαινας ἔχειν τὰς τρίχας, ἐποίει φαίνεσθαι. Decantata à veteribus est scriptoribus Thessala gens, ob veneficia & præstigias præter cæteras infamis; ut & Thessala mulier, Thessala vox, Thessala portenta.

Pag. 108. Ἰορδάνου] Scribe Ἰαρδάνου, ex Herodoto, & Diodoro.

Ibid. Ἔρωτι ἑάλω αὐτῆς] Sic quoque Diodorus in quarto, præterquam quod pro Λαομήδοντα ibi legatur Λαμὼν, qui Apollodoro lib. II Ἀγέλαος; atque ex conserva apud Diodorum natus dicitur Κλεόλαος.

Pag. 110. Τοῦτο ἔφερε πανταχοῦ] MS. Τὸ Ἀμαλθείας κέρας καλούμενον πανταχοῦ περιέφερεν. Inde ἀμαλθεύειν

idem Græcis, quod πληθύειν, πλουτίζειν, vel simpliciter τρέφειν. Apud Germanicum in Aratea phænomena corrige leviter hæc Musæi verba: *Datur Iovis infans nutriendus Themidi Althææ*; pro, *Themidi & Amalthea*, ut videbis ex Hygini poëtico astronomico.

Pag. 112. Ὑπ' ἐκείνου δὲ ἐνεχθεὶς] nempe à Zephyro è Taygeto flante. Heraclitus περὶ ἀπίστων: πνεῖ τε ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου, καὶ περιτρέπει τῷ μειρακίσκῳ τὴν βολήν. καὶ τὸ μὲν ἔκειτο: *perflat è Taygeto, jactumque in adolescentulum convertit, & examinat.*

Pag. 114. Ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον] Inde Virgilius Ecloga III:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus (habeto.

Item Columella;

Et malè damnati mœsto qui sanguine surgunt
Ajacis flores.

Nem-

Nempe ut est apud Plinium, *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum referens ejus, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore edens.* Ita jam dudum locum emendavit maximus Salmasius. Neque ineptum est hoc in Hyacinthum epigramma veteris poëtæ, ineditum:

Discrimen vitæ, ludit dum sorte Hyacinthus,
Incurrit, disco tempora fissa gerens.
Non potuit Phœbus fato subducere amatum;
Sed cruor extincti florea rura replet.
Dispersit remeans ludentis tempora discus;
Et dira pulcer morte Hyacinthus obit.
Gratia magna tamen solatur morte (peremti:
Semper Apollineus flore resurgit amor. Ita lege.

Ibid. Οὐκ ὀλίγον γὰρ ἀφῃροῦντο τοῦ κάλλους] De ea re sic Melanippides apud Athenæum lib. XIV: Τὰ μὲν Ἀθηναία ὄργανα ἔρριψέ τε ἱερᾶς ἀπὸ

χειρὸς, εἶπέ τε, ἔῤῥετε αἴσχεα σώματι λύμα· ἐμὲ δ᾽ ἐγὼ κακότητι δίδωμι. *Pallas quidem ſacra organa de manu abjecit, dixitque; abite in malam rem corporis probra turpia. ego enim me vitio dedo.* Vide quæ ſcribat Tzetzes Chiliade I, Hiſtor. XV.

Pag. 116. Ἀμεῖψαί φασι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀμείβεται νεότητι καὶ κάλλει] Sic hic locus de immutato & remunerato Phaone interpretandus. Ἀμεῖψαί φασι τὸν ἄνθρωπον, *ajunt hominem immutâſſe*, nempe quod de ſene juvenem fecerit, ac de deformi formoſum. Deinde addit ἀπεξηγητικῶς quomodo eum immutârit, ſcilicet donando eum juventute & formâ, cùm ſenex eſſet: ſimúlque cauſſam oſtendit, cur donaverit eum his præmiis, quia remunerari eum voluit, quod ſe gratis tranſvexiſſet. Melius itaque legetur, καὶ ἀμείβεσθαι νεότητι καὶ κάλλει.

Ibid. Ἐφ᾽ ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις αἷμα ἐποίησε] Quin locus

cus hoc pacto restitui debeat, nihil dubitandum : ἐφ' ᾧ διὰ τ ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησε. Sive hęc Eresia, sive Mitylenæa fuerit, contendant veteres. Athenæi verba mutila sic rectè supplet summus Casaubonus : καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου ἢ τῆς ἑτέρας ὁμώνυμος Σαπφὼ τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα. Nempe quia Sapphus Mityleneæ paullò ante meminerat auctor, meritò adjecit istam cautionem. Itaque minus probo illam emendationem viri eruditissimi Ioannis Meursii, καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου ἢ τις ἑταίρα Σαπφώ. Plinius Phaonem herbâ usum ait centum capita dictâ, deque ea portentosa hæc narrari. *Radicem ejus alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu; sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum à Sappho.* Sed illam, spe sua frustratam, de Leucade rupe se præcipitem dedisse, testatur Suidas.

Pag. 116. Φιλεῖ δὲ ἐκείνην ὁ Πύθιος] Apollini hinc laurus ſacrata, quia & Sol & Laurus igneæ ſunt naturæ; ob quam cauſſam & hederam dicârunt Libero, qui non alius eſt à Sole. De calore utriuſque hinc dicunt liquere, quòd, ſi lignorum iſtorum unum alteri affricetur, excutiantur continuò ſcintillæ igneæ. Ita quoque ſomniârunt, laurum dormientium capitibus ſuppoſitam, vera præſtare inſomnia. Hæc, & alia, Voſſius in divino de Theologia Gentili opere.

Pag. 118. Καὶ ῥήματα τῶν ἐρωτικῶν πρὸς κόρην] Tradit in Eroticis Parthenius, illam primum amatam fuiſſe à Leucippo Oenomai filio; qui cùm illius potiundæ animum deſpondiſſet, muliebribus ſe veſtibus indutum puellæ aſſociavit. Eam converſationem tam jucundam fuiſſe ait Daphnidi, ut quaſi ex ipſo penderet tota. Tandem verò, ubi ad fontem deſcendiſſent venatri-

natrices virgines, nudæ corpora, invito Leucippo ac denudare ſe detrectanti veſtes detraxiſſe, adeóque fraude cognitâ ſpiculis eum transfixiſſe.

Ibid. Περὶ Ἥρας] Hæc ex Herodoti Clio. quem conſule Cap. XXXI.

Θεῷ χάρις.

ELENCHVS CAPITVM PALÆPHATI DE INCREDIBILIBVS.

Gi-

Phry-

AV-

AVCTORES

Qui in his Notis citantur, aut emendantur.

Athe-

Hera-

Sue-

E R R A T A.

Pag. 13. l. 17. Procride. pag. 24. l. 7. ἥττους. pag. 31. l 2. Teumesiam. ibid. Teumessium. p. 44. l. 2. Ἵππου. pag. 51. l 17. victum. pag. 55. l. 7. Cives. pag. 58. l 12. ὄφρυν. pag. 65. l. 7. ex. pag. 67. l. 12. singulæ. pag. 73. l. 15. qui Hellenis. p. 77. l. 27. lege. Insulas extra Columnas. pag. 80. l. 12. αὐταῖς. pag. 81. l. 5. Hic quidem dixit illi. Ibid. l. 10. vicibus. pag. 98. l. 22. ἀποδεδόσθαι. p. 108. l 26. ἐρῶν. pag. 109. l. 18. Iardani. pag. 145. l. 9. ξυνωρείδα. pag. 175. l. 11. Ægæum. pag. 187 l. 15. Narrat. pag. 203. l. 24. Scyllæ. Reliquos typographi errores ultro corriget lector, & à me commissos benignus condonabit.

Palephati Fragmenta a Hier-
onymo Soncino nunc primum
pisauri publica luce condonata.
meminit Dionys. Andr. Sancas-
sanus in Joannis Cinelli calvo-
-li Biblioth. volante continuat.
T. IIII p. m. 4. Scanz. 1.

—

albericus flor. c. 1217.
mythologus cath. ined. (Tollian.)